
AVGVSTINVS SVESSANVS SVPER POSTERIORA ARISTOTELIS

EVTYCHI AVGVSTINI NIPHI MEDICES SVESSANI Philosophi nostro æuo pene diuini in Libros Posteriorum Aristote. Commentaria.

QVIBVS ACCESSERVNT EA Indicis fragmenta quibus hanc nostram Gallica Impressio præcelluerat.





Venetijs Apud Octauianum Scotum. D. Ama Dei.

M. D. XLVIII.

INDEX SEV TABVLA SVper cōmentarijs Augustini Niphi Medices suess. in libros posteriorum Analiticorum Aristotelis.



Ne quid hac in nr̄a æditione desyderes candide lector,uisum est nobis ea Indicis fragmenta seorsum cudere, quibus Gallica impressio nr̄am excelluerat.

Indicis Additio.

FINIS.

A

AVGVSTINI NIPHI MEDICES in Libris Posteriorum, Cōmentariorū Liber Primus.



MNIS *doctrina, omnisque disciplina intellectiua ex antecedenti cognitione fieri solet.*

Omnis doctrina, & omnis disciplina discursiua, ex praeexistenti fit cognitione.



Cō. pri. De ordie huius lib.

NTEQVAM ad textus expositionē veniā. Primo de ordīe huius libri ad cæteros agendū nobis erit. Secundo agendū de demōstrationis, de qua liber iste

B

agit: necessitate: quibus exploratis ad textum reuertemur. ¶ Quantū ad primū

Contradictio in dictis Phil.

in cōmentarijs Philoponi videt̄ magna controuersia atq̄ incōstantia. Primo. n. asserit hunc librū esse finē totius logici negocij. Secundo asserit hunc librum esse ante Sophisticos: & Topica. Inq̄tū. n. ait hunc librū totius negocij logici esse finē: videt̄ eū ponere vltimū. Inquantū vero eum ponit ante Sophisticos: & Topica: vr̄ eum nō ponere vltimū sed quartū: q̄m post librū priorū. Ergo non est certū quem locū teneat

C Solō cōtradictionis.

liber iste. ¶ Dicendū ergo hunc librum esse finem & vltimū scd̄m ordinē cāæ finalis: vt exponit Philoponus: q̄m syll'us simplr̄ est grā syllogismi demōstratiui: & grā sylli demonstratiui sunt ꝓpōnes: & grā proponum sunt decē simplesvoces ergo liber p̄dicamētorū ē grā libri de interp̄tatiōe et lib. de interp̄tatiōe ē grā lib. priorū: q̄ ē de syll'o simplr̄: & liber priorū est grā huius libri: q̄ est de demrōne. Præterea syll's dialecticus: de quo agit liber topicorū: est grā huius: q̄m dialecticus syll's est grā demr̄atiui: veluti ꝓbabilia sunt gratia verorū & necessariorū. Amplius sophisticorū liber est grā huius libri: q̄m obliquū est gratia recti. Ergo ordine cāæ finalis hic liber ē finis totius ne

D Iste liber ordīe cāę finalis est vltimus ordine autē doctrine est quartus. Ordo librorum dialectice

gotij logici. Ordine vero doctrine est q̄rtus. Primus. n. ē de decē vocibus. s. liber p̄dicamētorū. Scd's est liber de ꝓpositionibus. qui est perihermenias. Tertius liber priorū: qui est de syll'o simplr̄. Quartus est liber posteriorū: q̄ est de syll'o demōstratiuo. Quintus est liber topicorū, qui est de syll'o dialectico. Vltimus est liber elenchorū: qui est de syll'is sophisticis. Quod aūt liber de syll'o demr̄atiuo p̄cedat librū de syll'o dialectico: patet. q̄m essentialius ipsi syllogismo est demr̄atiuū: q̄ ꝓbabile vt nunc supponatur. Quod ēt liber topicorū sit prior libro sophisticorū: eo pa

Obiectio.

tet: quia rectū est prius obliquo. ¶ Sed occurres: liber topicorū est de inuētione: liber posteriorū est de resolutione. Sed inuētio est prior resolutione. Ergo liber topicorū

Solutio.

est prior libro posteriorū. ¶ Dicendū q̄ inuētio dialectica est prior resolutione dialectica: & inuentio demr̄atiua est prior resolutiōe demr̄atiua. At inuētio demr̄atiua ē prior inuētione dialectica: & sic liber posteriorū: qui est de inuētiōe & resolutiōe demr̄atiuis: erit prior lib. topicorū: q̄ est de inuētione & resolutione dialecticis: Quando ergo dicunt intētionem esse priorē resolutione: verū est compa

E

rando inuentionem ad eius resolutionem: quæ attinet ad ipsam. Hactenus de ordine.

De necessitate huius libri.

¶ Post hæc de necessitate dicamus. Nā Philosophi egent demrōne vt dirigant̄ ad partes p̄hiæ speculatiuę & practicæ. Vt. n. faber discernit lignū rectū a tortuoso rubrica vtēs. Ita Philosophus scd̄m speculationē discernit verū a falso. Scd̄m praxim aūt bonū a malo demr̄atione. Quare demrōne P̄hs opus est ad directionē vtriusq̄ p̄hię par

dubitatio

tis: hæc de necessitate. ¶ Sed dubitabis nā resol'o esse non pōt: nisi p̄cedat inuētio: ergo liber iste est de inuētione & resol'one: nō ergo bn̄ inscribit̄ liber analyticorū: hoc est

Solutio. Quare dicatur liber Analyticorū.

resolutiuorū. ¶ Dicendū a fine vnūquodq̄ denominari iustū esse. Et q̄a in sciētificis resol'o est finis inuentionis. In ꝓbabilibus & dialecticis inuentio est finis resol'onis. Iure hic liber cū ad sciētias ordinet̄: Analyticorū inscribit̄. Li-

F

ber vero topicorū: cū ordinet̄ ad disputationes: vbi finis est inuētio topicorū inscribit̄: hoc est locorū: quibus dialecticus vtit̄ ad disputandū. Post hæc ad textus expōnem venio, vbi Aristoteles hāc conclusionē intendit. Omnis doctrina: & omnis disciplina discursiua fit ex p̄existenti

cocl'. tex. expō phílop. T. 5. hui'.

cognitione. Vbi animaduertēdū (vt ex cōmetarijs Philoponi colligit̄) q̄ Arist. intendit declarare ex q̄bus est syll's demr̄atiuus: vt parte illa patebit. (Si igit̄ est scire: vt posuimus) Intēdēs ergo hoc ꝓcedit scd̄m suū ordinē ex magis vl'ibus ad minus vl'ia: & primo declarat q̄ demr̄atio fit ex q̄busdā p̄cognitis: quo declarato: mox q̄ nā sint hæc: declarabit. Volens vero declarare q̄ demr̄atio fit ex quibusdā p̄cognitis. Primo vr̄ demōstrat: q̄ omnis doctrina & omnis disciplina discursiua fiat ex p̄existēti cognitiōe:

G

& ita ex quibusdā p̄cognitis cui vult esse subintelligendā minorē: vt tota rō sit hæc. Omnis doctrina: & disciplina discursiua est ex q̄busdā p̄cognitis subaudi tu. Sed de-

syll's tex.

mōstratio est doctrina vel disciplina discursiua. Ergo demōstratio fit ex quibusdā p̄cognitis. Ergo ordo secundū suū modū est iste: vt primo habeat̄ q̄ omnis doctrina: & omnis disciplina discursiua fiat ex quibusdā p̄cognitis. vt ex hac habeat̄: q̄ omnis demr̄atio fiat ex quibusdā p̄cognitis. Postea declarat quotupliciter sint illa præcognita: & qualia sint: vt ex his habeat̄ ex quibus & q̄libus p̄cognitis fit demrō. Hæc de ordine ex cōmentarijs Philoponi colligunt̄: & de sensu cōclusiōis ꝓpositæ. ¶ Sed quo

H

Disputatio Phil. cū Alex. circa uerba text.

ad verba attinet: disputat Philoponus cū Alexādro q̄d Aristoteles per cognitionē intelligat: cū asserit oēm doctrinā: & oēm disciplinā discursiuā fieri ex p̄existēti cognitione. Alexan. n. per cognitionē inuētionē intelligit.

Quid Alexan. Discētia duplex.

Vbi animaduertendū (vt Plato inquit) discentiā duplicē esse. Alterā: quæ inuētio dr̄: vt q̄n per nosipsos sine libris & p̄ceptoribus aliq̄d discimus ut primi P̄hophātes ex admiratione didicerūt. Alterā q̄ disciplina vel doctrina dr̄: vt q̄n discimus ab altero. s. vel libro: vl' p̄ceptore. Vult igr̄ Alex. q̄ omnis doctrina & omnis disciplina discursiua fiat ex p̄existēti cognitione: hoc est ex p̄existēti inuētiōe.

Obiectiōes Philop. 1. obtio. 2. obtio.

¶ Obijcit aūt Philopo. primo q̄a Arist. infra ondit ēt inuentionē fieri ex p̄existēti cognitione: & sic vult inuētionē sub doctrina & disciplina h̄ri. Scd'o siue Aristoteles dicat: siue nō: verū est q̄ inuētio q̄dā disciplina est: q̄ fit ex p̄existēti cognitione sensitiua: q̄re si omnis disciplina ex p̄existēti fit cognitione: erit ꝓcessus in infinitū: si per co-

Opio su

gnitionē inuentionē intelligit̄. Propterea Philoponus vult Aristo. ꝓ cognitionē intelligere simplr̄ cognitionē: q̄cūq̄ sit illa: satis. n. sibi est: vt omnis discursiua doctrina vel di-

I sciplina fiat ex aliq̃ quauis p̄exiſtēti cognitione: nã statim expõ et speciatim:q̃dnã illa sit. ⁋ Siqs vellet posset Alex. defendere: ꝗ Alex. loquutus ẽ de doctrina & disciplina q̃ in discipulo fit p auditũ:& ab alio. tenẽdo ergo sic: tunc verũ ẽ q̃d dicit:ꝗ oĩs doctrina & oĩs disciplina fit ex inuẽtione:qm̃ primi philosophãtes ex inuẽtiõe cęperũt doctrinas ad vnũ librũ colligere. Philop. vero vlius intellexit p doctrinã & disciplinã discursiuã, oẽm sciam siue ab alio, siue a se habitã & sic p cognitionẽ intelligit q̃d vlius ꝗ sit inuẽtio, vt dictũ est. Præterea doctrina & disciplina vt Philop. monet, subĩto q̃dẽ eadẽ sunt, dĩrnt aũt solũ habitudine, velut. n. via ab Athenis ad Thebas, & a Thebis ad Athenas habitudine q̃dẽ differũt, subĩto vero eędẽ sũt, ita in disciplina & doctrina, a p̄ceptore. n. in discipulũ, q̃ vt actio intelligit, doctrina noiat a discipulo vero, vt q̃dã passio, q̃ in ipo existat, disciplina dicit. Dixit aũt recte ꝗ omnis doctrina:& oĩs disciplina fiat ex p̄exñti cognitione & nõ ex p̄exñti disciplina, qm̃ in infinitũ sermo pgrederet. ⁋ Præterea. Recte addidit verbũ illud dianoetica:hoc ẽ discursiua, nõ vt Philop. scd̃m alterã expõnẽ dicit ad cõtradictionẽ sensitiuæ cognitionis, q̃ nõ sp fit ex p̄exñti cognitione (q̃d. n. nix fit albior margarita, nõ fit ex p̄exñti cognitione, qm̃ sensus docet, dato ꝗ nulla p̄sit cognitio). Nã cognitio sensitiua ñ ẽ doctrina nec disciplina. Mõ nihil differt p aliq̃d ab alio q̃d nõ ẽ in gñe. Quare cũ sensitiua cognitio nõ cõtineat sub doctrina, nõ põt pticula illa discursiua eẽ id p q̃d differt a cognitione sensitiua vel facilius. Per dĩam gñi additã ñ dĩnt, nisi q̃ sub gñe sunt, & nõ ea, q̃ sunt extra genus. At sensuaria notitia, sub doctrinę gñe vel disciplinæ nõ cõtinet. ⁋ Aliter dicendũ verbũ illud eẽ additũ, nõ q̃dẽ dĩæ cã sed vt vlius eẽt q̃d dicit, nã est discursus multiplex vt enthymema. Exẽplũ, Inductio, & Sylls, vt cõplecteret oẽm discursum, dixitꝗ oĩs doctrina & oĩs disciplina discursiua hoc ẽ q̃ ẽ aliqs discursus, vel sciẽtia habita p quẽuis discursum, fiat ex p̄exñti cognitione. Aut fortasse hoc dixit ad dĩa doctrinæ definitiuæ, de q̃ nõ est nũc sermo. ⁋ Sed q̃rit cur Arist. cæpit ponere hãc cõclõnẽ simplr sine aliq̃ pticula denotãte, aut principiũ, aut cõtinuationẽ ad p̄cedẽtẽ librũ. Preterea cur p̄termisit pœmiũ, cũ sit puiatio ad sequẽtia tertio Rhetoricorũ. Quidã Anonymus gręcus Arist. interp̄s asserit codicẽ eẽ fragmẽtatũ:& ita asserit eẽ credẽdũ in textu deficere pticulã executiuã q̃ est igr, vel ergo, cuius cãm affert, qm̃ in primo primorũ posuit pœmiũ, cũ inq̃t, ppe principiũ. (His vero determinatis. Dicẽdũ est p quæ, & q̃n, et quo mõ fit oĩs sylls, postea vero dicemus de oĩ demrõne.) Ecce ꝗ in libro priorũ huius libri pœmiũ fecit. Quare cũ p̄misit pœmiũ nũc exeq̃t, & debet sic legi. Oĩs igit doctrina & reliq. Hęc q̃ Anonymus Arist. interp̄s fingit: an verũ sit, dubito. nã aliĩ graeci Arist. interp̄tes nihil dixerũt, bñ aũt arbitror cõsideratiõe eẽ dignũ. Hinc patet eorũ error, q̃ dicũt Arist. p̄mittere q̃d ipm scire sit. Nã ipm scire ẽ hic p̄cognitũ, atq; cõcessũ, ergo nõ q̃situ, ñ. n. fieri põt vt idẽ sit nobis p̄cognitũ, & q̃situ. Q̃d vero scire sit nobis p̄cognitũ hic:eo patet:q̃a scire demrõne colligit: q̃ ẽ subiectũ & cõcessum:& p̄cognitũ in hoc libro. Decepit aũt eos:q̃a Arist. ipm scire nõ pbat:sed defendit solues. Menõis cauillũ:at defender possimus aliq̃d. q̃d ñ pbabimus.

⁋ *Id si omnes quo fiunt pacto considerabimus manifestum profecto fiet. Mathematicæ nanq; scientiæ illo comparantur modo, & quæq; cæterarum artium.*

Otraliter Alexã. defendi põt.

Quid doctrina & disciplina

K

Ad cuius differẽtiã ponatur discursiua Philop.

Contra Philop.

L

Opinio propria.

Dubiũ.

Sol. Anonymi.

M

Qualis sit solutio.

Error aliquorum.

Cæterorũ

⁋ *Manifestum autem hoc speculantibus in omnibus. Mathematicæ enim scientiæ per hunc modũ fiunt, et aliarũ unaquæq; artiũ.* N

⁋ Oẽs asserũt Arist. nũc pbare eã cõclõnẽ: quã pposuit: q̃d ẽt Philop. Alexã. & Them. annuũt:sed de mõ pbãdi nõ oẽs eodẽ mõ sentiũt:vñ vt ad Iuniores descendã. ⁋ Egidius romanus bonus Arist. interp̄s ait Aristotelẽ eã cõclõnẽ sic inductione pbare. Principiorũ doctrina ac disciplina ex p̄exñti fit cognitione:& cõclusionũ doctrina vel disciplina fit ex p̄exñti cognitiõe. Ergo omnis doctrina & omnis disciplina fit ex p̄exñti cognitione: nã nulla alia ẽ p̄ter has. ⁋ Sed Iuniorũ nõnulli obijciũt. Primo ꝗ inductio nõ sit sufficiẽs:nã cognitio rei singularis:q̃ p phãtasma habet: & cuiusq; rei definitio doctrinæ & discipline sunt:& tñ neutra ẽ aut principiorũ:aut cõclõnũ. Scd̃o falsum est q̃d assumit:nã licet cognitio conclõnis ex p̄exñti fiat cognitiõe:nõ q̃libet principiorũ notitia fit ex p̄exñti cognitione:qm̃ nõ notitia primorũ principiorũ:nec q̃ doctoris traditiõe:nec q̃ pprijs iuẽtis fit. ⁋ Sed pace horũ dixerim:hæc friuola sunt. Primũ q̃dẽ:qm̃ ea singularis notitia:q̃ p phãtasma fit:nec doctrina:nec disciplina ẽ discursiua:de q̃ cõclõ loq̃t. Scd̃m vero:qm̃ definitiua notitia nõ discursiua ẽ:vel dato ꝗ eẽt discursiua:de ea in lib. 2. dicet: & est principij:est. n. definitio omnis demrõnis principiũ Tertiũ iterũ friuolũ ẽ:nã principia oĩa memoria: & obseruationibus colligunt. Doctrina ẽt q̃ a doctore:& inuẽtio q̃ est abs te:vtraq; ex p̄exñte cognitiõe fit vel in ipo doctore:vel in ipo inuẽtore. ⁋ Sed licet hęc expõ a Iuniorũ cauillis defendi possit:nõ tñ est ad Arist. mẽtẽ. Aristo. n. de oĩ ea doctrina vel disciplina loq̃t:q̃ dianoetica, hoc est discursiua vł argumẽtatiua ẽ:sub q̃ primorũ principiorũ nulla cõtinet. Præterea. Aristo. in eius inductione nec principiorũ:nec cõclõnũ meminit aliquo pacto. ⁋ Alij vero Iuniorũ:q̃ his tpibus parũ ante nos fuerũt. aliter dixerũt:asserunt. n. Arist. eã pbare tribus exẽplis. Q̃d q̃dẽ mihi nõ placet. Tũ primo q̃a exẽplũ argumẽtũ rhetoricũ ẽ: quo raro analyticus vtit. Tũ scd̃o:qm̃ Arist. cõclõ vlis ẽ: mõ vlis ppõ vel cõstruit:vel destruit:si destruit valet exẽplũ qm̃ ad destruẽdũ sufficit vnũ:vt. 2. topic. lib. tradit:at si cõstruit:nõ nisi p oĩa singularia cõstruet: & hoc p inductionẽ habet. Quia igit Arist. cõclõ est vlis: & ab eo ñ destruit:sed cõstruit:recte ergo Philop. & cæteri graeci p inductionẽ Arist. eã pbare asserunt. ⁋ Sed q̃ sit hæc inductio:Rñdet q̃dã fortasse. Themistij auctoritate freti: inductionẽ esse in oĩbus sciẽtijs speculatiuis: & in omnibus mechanicis artibus. ⁋ Sed hoc nõ vr bñ dcm̃:qm̃ Arist. loq̃t de doctrina argumẽtatiua:cuius q̃tuor sp̃es sunt:sylls:inductio:enthymema:& exẽplũ. Ergo si debet inductio eẽ couẽniẽs:oportet vt inducant oẽs sp̃es doctrinæ argumẽtatiuæ. Et si reperit oẽm talẽ ex p̄exñti cognitiõe fieri:tũc vlr oĩs doctrina:& oĩs disciplina argumẽtatiua fiet ex p̄exiſtẽti cognitiõe. In hũc modũ Arist. 6. ethico. pbauit hãc & scd̃o retho. & Philop. ẽt. Quare inductio est. Sylls fit ex p̄exñti cognitiõe:& inductio & Enthymema:& Exẽplũ silr:& nulla alia p̄ter has ẽ argumẽtatiua doctrina. Ergo oĩs argumẽtatiua doctrina fit ex p̄exiſtẽti cognitiõe. ⁋ Tũc venio ad verba. inq̃t. n. Manifestũ aũt hoc speculãtibus in omnibus doctrinæ ac disciplinæ sp̄ebus. Cuius cãm affert:nã sciẽtiæ hoc est doctrinæ & disciplinæ mathematicæ:hoc est logicæ:& sciẽtificæ: fiũt p hũc modũ: & vnaquæq; doctrina vel disciplina aliarũ artiũ mechanicarũ ẽt per hũc modũ fit. Ergo omnis doctrina & omnis di-

Cõ. scda Couenientia & discordia inter doctores iuxta tex.

Egidius de pbatione propositionis

Obiũões iuniorũ & primo.

Secundo. O

Defensiones pro Egi. Ad primũ

Ad scdm

Ad tertiũ

Quod expõ Egid. non sit ad mentem Arist.

P

Alia opi. quorũdã de probatiõe Arist. Cõfutatio

Cap: pti.

Propria opi. & est Philop.

Q

Qualis sit inductio. Themi. Cõfutatio rñsionis Themist.

Cap. 4. Inductio secũdum propriam mentem.

Expõ verborum

A nis disciplina argumẽtatiua ex pexñti fit cognitione. vbi (vt Philop. inqt) p mathematicas sciẽtias logicas intelligit nõ q̃ logicæ partes sunt: sed q̃ logica vtunt̃: q̃les sunt sciẽ speculatiuæ, q̃ logica vtũtur: & addit: & aliarũ vnaquęq; artiũ. s. mechanicarũ p hũc modũ. s. ex pexñti cognitione fiũt: & q̃m Arist. vr̃ descẽdere ad sciẽtias: & ad artes: q̃dã crediderũt inductionẽ Arist. eẽ ex sciẽtijs & artibus: non aũt ex doctrinis: q̃bus artes & sciẽtiæ vtunt̃: q̃d falsum ẽ: vt p sequẽtẽ textũ patebit. Vbi inducit in doctrinis argumẽtatiuis, q̃bus artes vtũtur. Quo vero mõ artes doctrĩa argumẽtatiua vtatur, q̃ ex pexñti fiat cognitione, Them. pulchre exponit. Nã (vt inqt) discimus ędificare, sed nõ nũq; quid lapides, quid itritũ, quid macera eẽt nossemus, simili ratione & de sutoria, & de nauifactiua exponit.

Quid per math. Arist. intelligat sc̃dm philop.

Error quorundam.

¶ Sane circa quoq; rõnes cũ per rõcinationes aut inductionẽ procedi͂tur idẽ seruari modus uidetur. In utriq; nãq; per antea nota doctrina nimirũ fit. Quippe cum in altera tãquam a cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singularia iam notũ ipsum ostendatur uniuersale.

B

¶ Similiter autẽ & circa orationes: & quæ per syllogismos: & quæ per inductionẽ. Vtreq; .n. per prius nota faciunt doctrinã: hæ quidem accipientes tanquã a notis. Ille uero demonstrantes uniuersale per id: quod manifestum est singulare.

Cõmẽ. 3.

¶ Quia induxit cõclõnẽ ꝓpositã in doctrinis argumẽtatiuis q̃bus artes & sciẽtiæ speculatiuæ vtũtur. Idẽ inducit in sermocinalibus artibus, q̃ vtũtur: & Syllõ, & Inductione, & inqt. ¶ Silr̃ aũt & circa orõnes doctrinæ argumẽtatiuæ fiũt ex pexñti cognitiõe, Dico circa orõnes, & q̃ per syllõs, & q̃ per inductionẽ. Vtreq; .n. p prius nota faciũt doctrinã, nõ tñ eodẽ mõ, nã hæ quidẽ. s. syllogisticæ accipiẽtes tãq; a notis. Illæ vero. s. inductoriæ demr̃antes vl̃e p id, qd̃ manifestũ ẽ singulare. Vñ (vt Philop. inquit). In syllĩs, necesse est q̃ oẽs ꝓpõnes p̃cognoscãtur, & simul cõcedãtur. Et postea ex illis p̃cognitis & cõcessis cõclõnẽ deducat. In inductionibus vero p̃cognita sunt singularia. verbi gratia. Si volumus scire q̃ oẽ animal inferiorẽ mãdibulã mouet, deducã, q̃m & hõ: & bos, & canis, & reliq̃ inferiorẽ mandibulã mouent. Et sic pexñs cognitio erit cuiusq; particularium notitia, ex qua pexñte vl̃e deducimus. Ex his patet q̃ cũ Aristoteles induxisset in demr̃onibus, quibus vtũtur sciẽtiæ, & artes, hic induxit in syllogismis, & inductiõibus q̃bus vtunt̃ facultates rõnales, quæ sunt partes logicæ. ¶ Quo vero ad verba attinet, p eas, q̃ sunt circa orõnes, intelligit oẽs logicæ partes, nã hę possunt, & inductione, & syllõ vti. Dixit aũt per syllõs in numero plurali, & per inductionẽ in numero singulari (vt puto) vt innuat ad idem fieri posse plures syllõs, non autẽ plures inductiones. Et licet in ipsa inductione plura singularia inducant̃, tñ dixit per id quod manifestum est singulare, dans intelligere omnia singularia vnius singularis medij vim habent. Addidit vero has quæ syllogismis fiũt, fieri tãq; a notis, q̃a in syllõ ꝓpõnes, vt notæ & cõcessæ sumũtur, vt ex sylli definitione patet. Quæ vero inductione perficiunt̃, dixit fieri p id q̃d manifestũ est singulare, quia inducẽs vtit̃ p̃ceptis singularibus vt vere notis sensu, aut obseruatione, per quæ dat intelligere tam syllogismos q̃ inductionẽ ex pexistenti cognitione.

C

Inductio

Expõ uerborũ.

D

In .1. porum. j.

¶ Simili profecto modo & oratoriæ rõnes suadẽt. Aut enim exẽplis quod est inductio, aut enthymematibus quod quidem est ratiocinatio: facultas ipsa solet oratoria suadere.

¶ Similiter autẽ & rhetoricæ persuadẽt. aut. n. per exẽpla: quod est inductio: aut per enthymemata: quod quidem est syllogismus.

E

Cõmẽ. 4.

¶ Postq; induxit in syllis, & inductione, nũc (vt Philop. placet). Inducit in exẽplis, & enthymematibus, q̃bus vtũtur rhetorici, & inqt. Silr̃ aũt cũ Ph̃orũ syllĩs, & rhetoricę persuadẽt. s. ex pexñti cognitione. Nã & exẽplũ: & enthymema, quibus rhetor vtit̃, ex p̃exñti cognitione fiũt. Enthymema quidẽ, nã hoc est enthymema, Socrates se pulchre ornat, atq; comat: ergo est adulter. Vbi patet hoc p̃cognosci, q̃ pulchre se ornare, ac sese comare, criminat̃, vitioq; dat̃. hoc. n. mẽti derelinquit̃ ac p̃cognoscitur. Exẽplũ vero, nã hæc est exẽplũ: Pisistratus capiens custodes: Tyrãnidẽ exercuit: Ergo custodes nõ sunt dãdi Eschino. Vbi patet p̃cognosci cuicũq; custodes dãtur: Tyrannidẽ exercere. Dicit igr̃ Aristo. Similiter aũt. s. ex pexistenti cognitione & rhetoricæ persuadẽt: aut. n. per exẽpla: quod subaudi persuadere per exẽpla est inductio: nõ quidẽ simpliciter: sed ad rhetorẽ cõparãdo. Habet. n. apud rhetorẽ tantã vim p̃suasiõ per exẽpla, quantã apud logicũ p̃suasio per inductionẽ. Aut persuadẽt per enthymemata: q̃d quidẽ persuadere per enthymemata est syll̃s: q̃a eandem vim habet ad rhetorẽ enthymematica persuasio: quã & syllogistica ad dialecticũ. Sic. n. Arist. in rhetoricis locum istũ exposuit. Non. n. exẽplũ est simpliciter inductio: nec enthymema simpl̃r syll̃s sed ꝓportionabiliter: q̃m vt Aristoteles inquit in rhetoricis. Exẽplũ apud rhetores tantã vim habet, quantã apud Ph̃os inductio ipsa. Præterea et enthymema tantũ valet apud rhetores: quantũ apud Philosophos syll̃s. ¶ Sed q̃res vtrũ tm̃ q̃tuor sint doctrinæ, & vr̃ q̃ non: q̃m cõpositio: & dictio sunt doctrinę: Ergo non tm̃ quatuor. Amplius definitio est doctrina. ¶ Dicendũ secundũ Boe. doctrinas dianoeticas: hoc est rõnales eẽ tm̃ q̃tuor: & primo quidẽ ex parte modi discurrendi: q̃m vel demr̃atiue discurrimus: & sic habetur syll̃s: vel ꝓbatiue: & sic habet̃ ipsa inductio: vel p̃suasiue: & sic est enthymema: vel suasiue: & sic est exemplũ. Aut discurrimus ex parte materiæ: q̃m vel ab uniuersali: & si ab vl̃i perfecte: sic est syll̃s: vel ab vl̃i imperfecte: & sic est enthymema. Vl̃ discurrimus a particulari: & si perfecte: est inductio: sinaũt imperfecte: est exemplũ. Patet ergo quatuor esse dianoeticas doctrinas. Cõpositio vero & diuisio. & definitio non sunt dianoeticæ nec discursiuæ. ¶ Sc̃do q̃ritur cur hæc cõclusio ab Aristotele inductione ꝓbetur. ¶ Dicendũ q̃ cũ cõclusio ꝓbata sit vl̃is: non potuit ꝓbari enthymemate: q̃m enthymema est ab vl̃i nõ simpliciter: ad particulare. Etiã cũ ꝓbetur cõstructiue: nõ põt exẽplo ꝓbari: quo vtimur ad destruendũ. Rursum cũ hæc conclusio: vt suppositio sumatur in hoc libro: syllogismo ꝓbari non potest. Quare cũ nullus sit alius ꝓbandi modus: licuit inductiõe ꝓbari. ¶ Quærũt tertio: q̃m ĩ hac ꝓbatiõe vr̃ petitio principij. Per hanc. n. syllogizat omnẽ demõstrationẽ fieri ex quibusdã pręcognitis: vt placuit Philopono. Et tamen ad probandũ oẽm dianoeticã doctrinã fieri ex quibusdã p̃cognitis: sumit in mathematicis: quæ demr̃ationes & syllogismo vtuntur: demr̃onẽ fieri ex p̃cognitis quibusdã. ¶ Dicendũ q̃ doctrina demr̃atiua: vt vniuersaliter sumit̃: probatur. Particulariter vero sumpta probat: & sic tollitur principij petitio. ¶ Quarto q̃ritur: quia Arist. hic velle vr̃ logicã & rhetoricã esse sp̃es sermonis diuersas. At primo rhetoricorũ magnorũ asserit. Rhetoricam esse sp̃em logicæ. ¶ Forte Aristoteles loquitur secundum eorũ positionẽ, qui rhetoricã a logica diuiserunt, at libro rheto-

Enthymema.

Exẽplũ.

F

1. rhe. c. 4

Q̃õ si tm̃ quatuor sint doctrinæ.

Sol. Boe.

G

De modo ꝓbandi q̃õ sc̃da. Solutio.

H

Tertia q̃õ

Solutio.

Quarta quæstio. Cap. pri. Solutio.

I rice loquitur secūdū veritatē, & propriā opionē. ¶ Quin
5. questio to quæritur quia nō vr̄ ꝙ rhetorica debeat vti enthymemate, qm̄ enthymema est syllogismus secūdū sui naturā: Nec videtur ꝙ logicus inductione vti debeat, qm̄ inductio est argumentū imbecille, quū petat quasi principiū, vt. 2. topicorū. ¶ Dicendū ꝙ cū logica sit facultas ad rhe
Cap. 10. Solutio. toricam superior, quocunqꝫ rhetorica vti potest, & logica vti poterit. Ergo cum rhetor enthymemate, & exemplo vti possit, etiam logica eisdem vti poterit. Tunc dico
Quō logica utatur syllogismo enthyme. &c. ꝙ logica secundum rationem propriam, qua est efficax facultas, syllogismo & inductione vtitur, quæ potiora argumenta sunt. Qua vero ratione est facultas efficacissima, syllogismo solo vtitur. Qua ratione deniqꝫ est communis facultas, omnibus vti potest. Cur vero rhetorica vti possit enthymemate, licet sit naturaliter syllogismus.
Li. 1. c. 2. In rhetoricis ludicris dictum est. Diximus enim enthyme
Sexta qō K ma esse facile quo est curtum argumentum, quo vero ad syllogismnm reducitur, esse difficile. ¶ Quæres vero obiter, vtrum, vt enthymema est syllogismus diminutus, sic
Solutio. exemplum possit dici, enthymema inductionis. ¶ Dicendum ꝙ potest: quoniam vt enthymema respectu syllogismi est argumentum ab vno, Sic exemplum respectu inductionis est argumentum ab vno. Hæc de probatione Aristotelis. ¶ Vbi animaduertendum ꝙ Philoponus in sequenti textu velle videtur ꝙ Aristoteles probauerit omnem doctrinam discursiuam fieri ex præexistenti cognitione duplici inductione, Altera quidem ex scientijs, & artibus, Altera vero ex speciebus doctrinæ argumentatiue, q̄ expō non est spernenda. Verū de his hactenus.

¶ Dupliciter autem oportet præcognoscere. Quædam .n. esse quæ
L *dam quid dictum significent, quædam utroque modo antea percipiamus oportet. Veluti de quouis quidem affirmationem aut negationem dici uerum esse: triangulum autem hoc significare, Vnitatem uero utroq; modo & quid significet & etiam esse. Non .n. unumquodq; istorum simili modo nobis est manifestum.*

¶ Dupliciter autem necessariū est præcognoscere. Alia nāq; quia sunt, preaccipere necessarium est. Alia uero quid est, quod dicitur intelligere oportet. Quædam autem utroq; modo. Vt quoniam quidem omne aut affirmare: aut negare, uerum est: quia est. Triāgulum autem, quoniam hoc significat. Sed unitatem, utroque modo, & quid significat, & quia est. Non enim similiter horum unū quodq; manifestum est nobis.

¶ Sunt qui libros Aristotelis per conclusiones dissecarūt,
Cōme. 5. Cōtra expōnē quorundam. M ideo hic quartam conclusionem designarunt, qui videlicet tria sint præcognita, duæ præcognitiones, atqꝫ tres p̄cognoscendi modi, quæ vero sint præcognita, quæ etiā præcognitiones, & qui præcognoscendi modi, licet ipsi dicant, nos etiam postea dicemus, quæ cxpositio nullatenus verbis Aristotelis accommodari potest: vt ex his pa
Continuatio. Philopo. tet, quæ græci Aristotelis interprætes dixerunt. Propterea cum Philopono mihi dicendum esse videtur, ꝙ cum dixisset omnem doctrinam, & omnem disciplinam argumentatiuam, & dianoeticam fieri ex præexistenti cogni
Dubiū. tione, Vult nunc assignare, quæ nam sint præcognoscenda ante demōstratiuam doctrinam vel disciplinam. ¶ Sed dices cur non ostendit, quæ nam sint præcognoscenda autem vnamquanqꝫ argumentatiuam doctrinam, cum doctrina argumentatiua sit quadruplex, sed solum ostendit quænam sint præcognoscenda ante doctrinam demō
Sol. Phi. stratiuam. ¶ Innuit solutionem Philoponus, quoniam nō de particularibus scientijs est nobis propositum, sed simpliciter de demonstratiua methodo, & ideo non oportuit declarare quænam sint secundum vnamquanqꝫ scientiam præcognoscenda, sed solum quænam præcognoscē N
da sint ante demonstratiuam. Hæc de intentione generatim, sed quoniam (vt Philoponus inquit) quænam præcognoscenda sint, cognoscere non possumus, nisi nouerimus quot modis præcognoscantur: quæ præcognoscuntur: ideo speciatim exponit quot modis sit præcognoscere. Hæc speciatim de intentione. Pro declaratione vero intentionis: id apud omnes supponendum: ante demonstrationem demonstratiuamqꝫ methodum tria esse necessario præcognita: duas vero præcognitiones. ¶ Sed quæ Quæ p̄cognita secū dū Linc.
sint illa p̄cognita: & cur tria? Iteqꝫ quæ præcognitiones: & cur duæ? non eadem rōne exponunt omnes. ¶ Recentiores dixerunt pręcognita esse tria. videlicet subiectū: passionem: & eam propositionem: quam græci axioma. Di O
gnitatem vero latini appellant. Subiectum quidē: de quo quæritur: vt animus. Passionem vero: quæ quæritur: vt immortale. Dignitatem vero: quā cōmuniter omnes veram esse supponunt: videlicet de quolibet dicitur esse vel non esse: & de nullo simul. ¶ Huius rei causam tradunt: qa causa.
cum demonstratio sit effectus quidam: eius quatuor erūt causæ: vt ages: vt finis: ut materia: vt forma. a parte, quidē finis: quod est ipsum scire: nullum præcognitū accipitur: quoniam præcognitū demrōnē præcedit. At ipsum scire: quod est finis: vult esse vltimū. Materia autē est subiectū: forma est passio ipsa: efficiens ꝓpositiones: a parte ergo materiæ sumitur præcognitum quod dicitur subiectū: a parte formæ sumitur aliud quod dicitur passio: a parte autem efficientis: sumitur dignitas. Quare cum quatuor sint causæ: & a fine præcognitum nullum sumatur: tria re P
linquentur præcognita: Dignitas a parte efficientis: Subiectum a parte materiæ: Passio a parte formæ: Præcognitiones autem duas esse tradunt: videlicet quid nominis: & quia est: aut quoniam est: aut ꝙ sit, Huius causam assignant dignitatis præcognitio est: quia vera est. quid vero sit: aut eius nomen significat: haberi non potest. Est. n. quoddā complexum verbo: cuius nulla pręcognitio habetur. Passionis vero quid nominis: nam ipsam esse est ipsam inesse: hoc autē quæritur. Subiecti autem duæ sunt: & ꝙ sit: & quid eius nomē sit: quomō dicitur. Quare duę sunt præcognitiones: & quid nominis: & quia est. Hęc ex commentarijs Linconiensis Grossatestæ colligunt. ¶ Sed Refutatiō expōnis. & primo.
pace horum dixerim hæc multipliciter ambigua videntur. Primo quidem: quia aliqua est demonstratio: cuius licet vnū pręcognitorū sit dignitas: eius tn̄ nec subiectū: nec Q
passio sunt præcognita: vt huius oē coloratū ē corpus: oē album coloratū. Igitur omne albū est corpus. Huius enim album ipm̄ subiectum corporis non est: nec corpus albi

corpus coloratū album



passio, vt suo loco dicitur. Scdo qa nō vr̄ iō tria esse p̄cognita, qa q̄tuor sunt cāę, & a fine nō potest accipi præ Secundo
cognitū, qa finis vult esse vltimum, nam licet finis sit vltimus. tamē secūdū intentionē artificis est primus, & sic quatenus primus pōt hr̄e rōnē p̄cogniti. Præterea. a parte efficientis

A no magis accipitur q̄ dignitas sit p̄cognitū q̄ maior, vel
Tertio. minor ꝓpō, qm̄ dignitas est agēs, & maior & minor ꝓ
Quarto. pō etiā agēs est. Præterea, passio nō pōt esse p̄cognitū, q̄a
est forma, quia nō demr̄onis forma est, sed subti. Demra
tionis.n.forma cōclō est, vt Philop. inquit primo priorū.
Vltimo. Demū hæc expō licet declaret dignitatē nō posse p̄cogno
sci quid, & passionē nō posse p̄cognosci q̄ sit, ex hoc nō
Propria pō & est Philopo. video sequi duas tm̄ esse p̄cognitiones. ¶ Melius ergo cū
Philopono dicendū est, qui ante oēm demr̄onē tria sint
p̄cognita, duæ vero p̄cognitiones. Præcognita quidē sūt
cōcessum, quæsitū, & dignitas. Est.n. cōcessum in plus q̄
subm̄, in demr̄one enim quā diximus, Albū est cōcessum
& nō subiectū. Corpus vero est quæsitū de albo, & nō al
bi passio, dignitas etiā est ꝓpō vl'ior & maiore & mino
re ex quibus est demr̄o, qm̄ eā quilibet docendus necessa
B rio p̄habeat. Maiorē vero & minorē, ex quibus demr̄o
cōstat, nō necessario quilibet docēdus necessario p̄habet.
Causa. Quare vero tria sint dicamus, nā cōclusio demr̄onis in fi
nē cōclusio est, in principio vero qō. Quæstionis autem
duo sunt, quod quæritur, & sic ante demr̄onē vnū p̄co
gnitū est quæsitū, & e it id de quo quæritur, quod cōces
sum dicitur. Quare ex parte qōnis duo p̄cognita erunt.
Ex parte aūt ꝓpōnū, ea ꝓpō quæ simul cū cōclusione co
gnita est, vt minor, p̄cognita esse nō pōt. Maior vero licet
ante cōclusionē suā p̄cognita sit, vt dicemus, nō tamē ante
omnē demr̄onē, ergo p̄cognita ante oēm demōstrationē
erit dignitas. Ante vero particularem demr̄onem erit sua
maior, sub qua accipitur minor, ergo ex parte ꝓpōnum
tertium cōe præcognitū est dignitas, ea videlicet quā qui
libet docendus præhabere debet, veluti quandā metam,
ad quam omnis demōstratiua deductio resoluitur. Erunt
C ergo p̄cognita tria, ex parte quidē quęstionis concessum,
& quæsitum, ex parte vero propositionū, dignitas. Præ
cognitiones vero duæ quia est, quid nomē est quo dicit̄.
Quæsitū præcognitio est quid nominis, nā ipsum esse q̄
ritur. Dignitatis autē, quia vera est, quid enim nominis nō
dignitatis p̄cognitio est, sed terminorū, ex quibus constat
dignitas, sunt autem hæ duæ. Primo, quia oē quo aliqd
cognoscitur, est aut esse, aut nomē. Ab esse quidē, quia est
p̄cognitio accipit̄. A nomine autem, quid est quo dicitur.
Secūdo, quia plures p̄cognitiones superfluūt, pauciores
non sufficiūt. Sic.n.probat Aristoteles syllm̄ ex duabus
ꝓpōnibus tm̄ cōstare, sic etiā tria esse rerū naturaliū prin
cipia, de cōcesso vero p̄cognoscimus quia & quid ē quo
dicitur. Nā licet possim ante demr̄onē p̄cognoscere quid
nō sit, vt q̄ nō sit celū nō sit deus, tñ nō necessario hæc p̄
cognoscere necesse est, sed solū quia est, & quid est, quo
D dicitur. Inquit. ¶ Dupliciter autē necessariū est p̄cognosce
re, alia nāq; quia sunt, præcipere necesse est, alia vero qđ
est, quod dicitur, intelligere oportet, quædā autē vtroq;
modo, & dixit necessarium, qm̄ vtile est multa alia pręco
gnoscere, vt quid nō est, & alia (vt diximus). Deinde po
nit exēpla, & primo eius, quod solum quia est, p̄cogno
scitur, & inquit, Vt quoniā quidē oē aut affirmare, aut
negare, verū est quia est, hoc est dignitatis exemplū. De
inde ponit exemplū quæsiti, & inquit. Triangulū aūt p̄co
gnoscere oportet, qm̄ hoc significat. & istud quæsitū est
ante demonstrationē primo Euclidis. Deinde affert exē
plū concessi, quod dupliciter p̄cognoscitur, & inquit. Sed
vnitatem vtroq; mō, & quid significat, & quia est, & hoc
7. Euclidis propōne. 16. assignat autē cām, & inqt. Non

E enim simil'r horū vnūquodq; manifestū est nobis. nā de
triāgulo q̄sito quid est quod dicit̄, de dignitate q̄ est qm̄
oē aut affirmare, aut negare verū est, quia vera est de cō
cesso vero quod est vnitas quid est quod dicitur, & quia
est, per quæ Arist. dedit intelligere hæc exēpla non eē re
spectu eiusdē demr̄onis, vt nōnulli crediderunt. Sed (vt Error aliquorum 1.dubiō.
Philoponus autumat) hæc exempla sunt in diuersis demō
strationibus, in mathematicis diuersas cōclusiones demō Solutio al quorū.
strātibus. ¶ Dubitat primo vtrū de dignitate oporteat p̄ Cap.4.
cognoscere quid nominis. ¶ Respondent quidā simplici Cōmen.5
ter quod nō, qm̄ est verbale cōplexū, quæ responsio vr̄ Propria solutio.
contra Themistiū, qui dicit, p̄cognosci has necesse est, nō 2.dubiō.
solū vno mō quid indicent nomina, sed etiā illo cognitio Solutio.
ne, videlicet quid sint. nā in hoc veritas sita est. Idē Auer.
in paraphrase. ¶ Ego vero cū Philopono dico dignitatis
præcognosci quid nominis terminorū, quibus cōstat, nō
autem eius vt quid complexum est. ¶ Dubitant secundo, F
vtrū duæ tm̄ sint p̄cognitiones. ¶ Omnes dicunt tria esse
p̄cognita, duas vero præcognitiones, tres deniq; modos
p̄cognoscendi, sunt tria præcognita, qm̄ dignitas, conces
sum, & quæsitū. Duæ vero p̄cognitiones, qm̄ quid nomi
nis & quia est. Tres deniq; p̄cognoscendi modi, qm̄ duo
simplices quia est dignitatis, & quid nominis concessi.
Vnus autē cōpositus subiecti, videlicet qm̄ quia est, & q̄d
dicitur. ¶ Tertio dubitant, vtrū inter p̄cognitiones sit or 3.dubiō.
do aliquis. ¶ Pōt dici quo ad nos. Primū præcognitū esse Solutio.
dignitatē, quia est cōpositū ex primis cōceptibus. Scdm
esse q̄situ, quia plerunq; accn̄s est, quod nobis notius est.
Tertiū vero est concessum, qm̄ plerūq; substantia & su
biectū est. Ordine vero naturæ, primū est subiectū, quæ G
situ secundo, dignitas, seu ꝓpositio tertium. ¶ Quarto du 4.dubiō.
bitant, quid velit Arist. per quia est, quo concessum præ
cognoscitur, & quid per quid, quo cognoscitur quæsitū.
¶ Respondent recentiores q̄ præcognitio cōcessi siue su Rñ. Iuni.
biecti est ipsum esse tale, de quo aliquid est demonstrabi Refutatio & primo.
le. ¶ Sed hæc expositio videtur cōtra textū, nā Aristo. in
quit, alia namq; præcognosci: qm̄ sunt. Vbi Auerroes as
serit subiectū præcognosci: quoniā est inuentū: proposi
tionē autē: quia vera. Idem Themistius & Philoponus sen Secundo
tiunt. Præterea. Subiectum & passio sunt relatiua: igitur si
de subiecto oportet præcognoscere: quoniā est tale, de
quo aliquid est demonstrabile: etiā de passione: vel quæsi
to oportet p̄cognoscere ipsum esse tale: quod est de alio Tertio.
demōstrabile: & sic quæsiti erit p̄cognitio quia ēst. Pro
pterea græci omnes per quia est: intelligunt ipm̄ subiectū
debere præcognosci: quoniam est ens: non quidem exi H
stens per se: sed quod in virtutibus causarum continetur. Obiectio
¶ Sed dices quia est hoc modo: est quæsitum & quæstio Cap.prī.
secundo huius. ¶ Dicendum per se esse quæsitum. Respe Solutio.
ctu vero subiecti vel passionis esse præcognitum. ¶ Ani Necessitas quid nominis.
maduerte q̄ præcognoscere quid per nomen dicatur: est 1.necessitas.
necessarium. Primo quidē ob ignota nomina: quibus ma 2.necessitas.
thematici ipsi vtuntur: vt sunt. a. b. c. & id genus: quæ no
mina cum sint quæsiti & concessi: nisi intelligantur quid
ipsa significent proculdubio demōstratiua methodus nō
intelligetur. Secundo propter nomina nota apud Philoso
phos: nam licet termini: quibus Philosophi vtuntur: ipsis
doctoribus noti sint: discipulis tamen sunt ignoti: quibus
nisi pateant: demonstratiua methodus ignorabunt. Præ
terea. Nomina semper non sunt eadem apud omnes: siqui 3.necessitas.
dem alia sint apud græcos: alia apud hæbreos apud nos

I vero alia. Quare in omni doctrina argumentatiua: in qua quis ab alio discit traditione: opus est: vt nominũ significationes pcognoscat. ¶ Sed circa hæc adhuc dubitabis: nã cũ dianoetica doctrina sit quadruplex: Syllogismus, videlicet enthymema: inductio: & exẽplũ: ppter quid Aristoteles solũ de pcognitis in syllo demõratiuo locutus est: & non in cæteris. ¶ Dicendũ (vt ex Philopono colligit). Aristotelẽ hic non loqui de particularibus sciẽtijs: sed de demõstratiua methodo: ppterea nõ debuit qrere q in vnaquaq; sciẽtia pcognosci debeant: sed solũ in demõratiua. ¶ Rursus dubitabis: nã cũ quatuor sint qões an res sit: qd res sit: qlis res sit: & ppter quid talis res sit: cur pcognita & præcognitiones solũ docuit in demõratiua doctrina: q quæstio qualis res sit: & ppter quid talis res sit: accipitur & nõ in cæteris. ¶ Rñdet Them. quia per hęc: quæ dicit in demõstratiua: facile in alijs intelligi põt. Nã in quæstione K illa qua querit an vacuũ sit: concessum est quid ipsum vacuũ significat: quæsitũ vero est ipsum esse. In quæstione vero quid deus sit: cõcessum est deũ esse: & quid significat hoc nomẽ deus: quæsitũ autẽ est quid deus sit an animal sempiternũ a quo cœlũ & tota natura depẽdet. In doctrina vero demõratiua per quã demõstrat qualis res sit: vel ppter quid talis sit: pcognita sunt: cõcessum: quęsitum & dignitas. Patet ergo illa nõ ab rõne esse prætermissa. Præterea. Fortasse hic illa ptermisit vsq; ad librũ xii. vbi de qstionibus illis planẽ repetit. ¶ Tertio adhuc quæres: vtrum ppositiones videlicet maior: & minor sint præcognitæ. ¶ Dicendũ q si comparent cõclusioni ex parte ppositionũ præcognita erunt omnia illa: quæ ante conclusionem saltẽ natura præcognoscuntur: & sic dignitates remotæ: & ppositiones pro syllogismi demonstrantis alteram p L positionũ: & ppositiones ipsæ: quibus cõficitur demõstratio dicuntur pcognita. At si cõparentur ipsi demonstratiuæ methodo: præcognitum est id: quod græce dicit axioma: latine dignitas: quæ triplex est. Alia quidẽ omnibus scientijs cõis. alia cõmunis quibusdã. Alia ppria vni sciẽtiæ: sed cõis omnibus cõclusionibus illius, vt suppositio: vel cõis animi cõceptio. Alia proxima & ppria vni demonstrationi vt ppõ maior: & ppositiones pro syllogizantes: hæc quidẽ in omnibus affirmatio vel negatio vera est: in omnibus scientijs locũ habet. Hæc vero quæ vni & idẽ sunt æqlia, & sibijnuicem sunt æqlia: & si ab æqualibus ęqualia demas: cætera quæ remanent sunt æqualia. pluribus scientijs cões sunt: vt musicę: geometriæ, & arith M meticæ. Hæc autem quæ sibi inuicẽ cõueniũt: sibijnuicem sunt æqlia: soli perspectiuæ est cõis. Minor aũt ppõ respectu demõratiuæ methodi nõ potest esse pcognita. Primo quidem quia minores sub eadẽ maiore possunt esse infinitæ. Secundo quoniam minor est cum conclusione aliquando simul cognita: & sic non ante demonstrationem: sed quasi in ipsa demonstratione cognoscitur.

Dubiũ. Sof. Phi. alia dubiũ Rñ. The. Alia solo. 3. dubiũ. Solutio. dignitas triplex. Quõ minor non põt pcognosci. Pria cã. Secunda.

¶ Fit autem ut cognoscamus quædam prius cognoscentes. Quorundam etiã simul accipientes cognitionem, ueluti quæcunq; sunt sub uniuersali quorum habetur cognitio. Nam omnem triangulũ tres angulos duobus rectis equales habere antea sciuimus. At id quod est in semicirculo triangulum esse simul inducentes agnouimus. Hoc enim pacto nonnullas discimus rerum, & non per medium extremum cognoscimus, quecunq; iam singulares sunt, & de nullo prædicantur subiecto.

¶ Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem, aliquorum autem & simul accipere noticiam, ut quæcunq; contingunt esse sub uniuersalibus, quorum habent cognitionem. Quod enim omnis triangulus habeat tres angulos duobus rectis equales, pre sciuit. q. uero hic, qui est in semicirculo. Triangulus sit: simul inducẽs cognouit. Quorundã enim hoc modo disciplina est: & non per medium: ultimum cognoscitur. Vt quæcunq; iam singularium contingunt esse: & non de subiecto aliquo. N

Disciplina Notitia.

¶ Hic textus obscurus est: ideo recentiores dicũt Aristotelem: nũc declarare quanã ratione propositiones: videlicet maior & assumptio possunt esse præcognitæ: & quo mõ nõ. ¶ Vnde Linconiensis Grossatesta ait. præcognita ipsa esse duplicia. Alia quidẽ quæ prius tẽpora ante conclusionẽ præcognoscuntur. Alia autẽ: quæ simul tẽpore: quam differentiã Aristotelẽ ait hic edocere. ¶ Themistius: quem Auerroes imitatur: Aristotelẽ tradere differentiã inter ipsum cognoscere: & discere asserit: & hoc: aut quia per eiusmodi drĩam optimã partẽ Cauilli Menonis resoluet: aut quia bona cõiectura ex dictis sequitur: vt quasi necessitate materiæ: hãc adeat drĩam. Ex hac quoq; drĩa poterit intelligi: quonã pacto cõclõ ipsa ante demonstrationẽ: partim sciri: partim nesciri poterit. Sed quæ inter ipsum cognoscere: & ipsum discerę differẽtia sit: nec Arist. satis explicat: nec Themistius edocendo verbis Aristo. supplet. Ab Arist. n. tria dũtaxat habemus. Primũ q nos cognoscere: possumus aliqua: quæ prius cognouimus: & nec exponit quo modo: sed solũ inquit. (Est autem cognoscere aliqua quidẽ prius cognoscentẽ). Ecce quo mõ solũ tradit nos posse aliqua cognoscere: quæ quidẽ prius cognouimus. Secundũ quod habemus: est quædã posse nos simul de nouo cognoscere & discere: & inquit: (Aliquorũ autẽ & simul accipere notitiã). Intelligẽs & simul accipere notitiã discẽdo: & illa cognoscẽdo: huius secundi declarationẽ subscribit per exemplũ: & inquit: subaudi eorum simul notitiã & cognitionem nos habere cõtingit: vt sunt ea quæcunq; sub vlibus cõtingunt esse: quorũ vlium ipse cognoscẽs: vel discẽs habet cognitionẽ: quare si discens aliquorũ vlium cognitionẽ phabuit: & obiter occurrit aliqbus particularibus quæ sub illis vlibus pcognitis sunt: hic particularia illa suo occursu simul & discit: & cognoscit. Hæc autẽ quæ simul cognoscit & discit: exponit exẽplo q sint assumptiones: quas ppões Arist. vocat minores: ea vero quæ cognoscimus: & quæ prius cognouimus: indicat esse ppositiones: quæ dignitates sunt: vel maiores: & inquit. Nã q omnis triangulus quidẽ habeat duobus rectis æqles psciuit: & hæc est maior: quam cognoscimus: & eã prius cognouimus. Quod autẽ hoc quod in semicirculo est. s. lineatũ & descriptũ: triãgulus sit: simul inducẽs: hoc est discens cognouit: & sic assumptio in singularibus ipsis est: quã simul cognoscit & discit: & sic hucusq; habemus nos posse cognoscere aliqua: quæ prius cognouimus: vt sunt dignitates: siue maiores: & nos posse simul cognoscere & discere aliqua, vt sunt assumptiones, siue minores. Sed qm assumptiones sunt multiplices, exponit, quæ sunt, quas simul cognoscimus & discimus, & inquit. Aliquorũ. n. hoc mõ disciplina est, hoc mõ dico, & disciplina, & cognitio, & nõ per mediũ, sed sensu cognoscit vltimũ. i. assumptio, q dr minor ppositio, & qa dixit cognitionẽ simul & disciplinã aliquorũ hñi: exponit quorũ & inquit. (Quæcũq; videlicet singularia esse cõtingũt, & nõ de subto aliquo.) Ecce quõ ex verbis Arist. nihil plus habemus, nisi tria, videlicet q sunt quædã, quæ cognoscimus, quæ prius cognouimus, vt dignitates siue ppõnes in

Cõmẽ. 6. Expõ lin conien. Expõ Them. O P Q

A

nes in maiores. q̄dā, quæ ſimul cognoſcimus & diſcimus, ſcimus, vt aſſumptiones. & tertio ꝙ hęc quæ ſimul cognoſcimus & diſcimus, ſunt aſſumptiones quæ ſenſu ſine medio nobis obiter occurrūt, vt ſingulares ꝓpones, quæ ex his ſunt, quæ ſunt ſingularia, & nō de ſubo aliquo p̄dicabilia. nec plura ab Ariſt. nacti ſumus de dr̄ia inter cognoſcere & diſcere, quā græci expoſitores Ariſt. velle tradere affirmant.

Verborū expoſitio

¶ Quo aūt ad verba attinet, Ariſt. vocat ſingularia ea q̄ ſub vl̄ibus cōtingunt eſſe,

Obiectio text.

quod nō vr̄ verū, nā ſingularia neceſſario ſunt ſub vl̄ibus, neceſſario. n. omne currens moueṫ, & oē albū eſt coloratū: & omnis homo eſt animal.

Solutio

¶ Fortaſſe ad nos retulit Ariſt. nā ſingularia cōtingūt eſſe ſub vl̄ibus, occurſu nr̄o, qa obiter illis occurrimus, & ſenſu ſub vl̄ibus ipſis cōtineri cognoſcimus.

Alia ſolō.

¶ Vel dixit illa cōtingenter ſub vl̄ibus eſſe, quia cōtingunt mutari vl̄ibus ſp̄ manētibus, nō ꝙ dū ſint, poſſint non eſſe

B

ſub vl̄ibus, dū. n. ſunt, neceſſario ſunt ſub vl̄ibus, nā omnis hō eſt animal neceſſario dū eſt hō. ſiquidē oē quod eſt, neceſſe eſt eſſe, dū eſt, vt in libro de interp̄tatione dr̄.

Pri. pihe. cap. vltio

¶ Aſſumptiones ēt quas ſimul cognoſcimus & diſcimus, ait eſſe eorū, q̄ ſunt ſingularia: & nō de ſubto aliquo p̄dicata

Quare dixit & nō de ſubto aliquo.

qd' eſſe pōt: quia ſingulare duplex eſt: quoddā de ſubo aliquo: vt in accn̄tibus hoc albū de ſubto aliquo corpore dr̄.

Reſpon. Singular' duplex.

Quoddā ſingulare: qd̄ non de ſubto aliquo dr̄: vt hic hō: & ſingulare in ſubſtātijs: & tūc vult ꝙ eas aſſumptiones ſimul diſcimus & cognoſcimus: quare ſubiecta ſunt ſingularia in gn̄e ſubſtātiæ:

Cōfutatio reſpon. Ꝑpā rn̄.

quod quidē mihi nō placet. poteſt. n. aſſumptio eſſe ex ſubto in genere accn̄tium: vt hæc hoc albū eſt lignū. Melius igitur Ariſtotelē adieciſſe: & nō de ſubto aliquo: ꝑpter particularia: q̄ quidē ſingularia ſunt in re: vt quidā hō: & aliquis equus: ſed de ſubiecto aliquo nā Socrates eſt quidā hō: & Plato eſt aliquis hō.

C

aſſumptiōes: q̄s ſimul diſcimus: & cognoſcimus ex ſingularibus ſunt: q̄ non ſunt particularia: ſed de nullo ſubiecto dicta: hæc ſine medio ſenſu ipſo diſcimus. & cognoſcimus. Particularia autem cū quodā mō ſint vl̄ia ſenſum tranſcendūt.

Dubiū.

¶ Sed occurres: quia doctrina & diſciplina idē eſt: eadē. n. cognitio vt a doctore doctrina eſt: vt in diſcipulo diſciplina: ſed doctrina eſt ꝓpoſitionū ſiue dignitatū vl̄ium: & ſingulariū: igitur & diſciplina.

Solutio.

¶ Dici poteſt ꝙ omnis doctrina eſt diſciplina: nō tn̄ omnis diſciplina eſt doctrina. Inuētio. n. quæ ſingulariū, eſt diſciplina, & nō eſt doctrina quare hic per diſciplinā intelligit inuētionē: inuētio. n. quædā diſciplina eſt: quatenus ipſe inueniēs diſcit: ſaltē a ſe: quia. n. diſcēs vt diſcens: & a ſe: & ab alio diſcere pōt: iō diſciplina & de doctrina: & de inuentione dr̄. Quare diſcere ſi cōiter ſumaṫ: erit vl̄ium: & ſingulariū: ſed ſi ꝓprie: vt hic loquitur Ariſt. diſcere nō niſi ſingulariū aſſumptionū vel cōcluſionū erit.

Digreſſio

D

¶ Sed reputamus nūc dr̄ias inter diſcere: qd̄ hic pro inuētione intelligitur: & cognoſcere. ſic. n. quæ Ariſt. nobis reliquit: ſupplebimus. Nā ab Ariſt. ipſius cognoſcere duas habemus differentias tm̄: qm̄ dupl'r cognoſcimus. Alia quidē: q̄ prius nouimus vt dignitates ſeu maiores ꝓpones. Alia vero: q̄ non prius nouimus: ſed ſimul diſcimus & cognoſcimus: vt aſſumptiones: q̄ ꝓpones minores ſunt: & vltimæ: quę que ſenſu apprehenduntur: & nō per mediū: & q̄ ſingulares ſunt.

Octo cōbinatiões eorū quæ diſcimus & cognoſcimus.

¶ Dicamus igiṫ octo eſſe eorū: q̄ diſcimus & cognoſcimus cōbinationes: quarū ſeptē veræ ſunt: & octaua falſa. Nā quędā cognoſcimus: quę prius cognouimus.

1. cōbina.

Primo vt ſi aliq̄ nudiuſtertius nouimus: heriq; obliti fuimus: & hodie reminiſcimur. hæc enim quæ nunc reminiſcimur: hodie cognoſcimus: quæ nudiuſtertius cognouimus.

E

Secundo vt ſi nudiuſtertius actu cōſiderauimus: heri ſomno ſopiti nō actu cognouimus: hodie experrecti rurſus actu cognoſcimus. hæc profecto nūc cognoſcimus, q̄ prius cognouimus. Tertio vt particularia: quorū vl̄ia p̄cognouimus: hæc. n. cognoſcimus in particulari: quæ prius cognouimus in vl̄i: hæc quæ cognoſcimus: prius cognita: ſunt dignitas: ꝓpones primæ: quæ maiores dicuntur: ac vl̄es notiones a Themiſtio.

2. cōbinatio.

¶ Secūda cōbinatio eſt: qm̄ q̄dā cognoſcimus: q̄ prius nō cognouimus: vt particularia: q̄ ſiṫ de nouo cognoſcimus: & diſcimus. ſunt aūt hæ aſſumptiōes: q̄ minores: ac vltimæ ꝓpones dicunṫ.

3. cōbinatio.

¶ Tertia eſt: qm̄ quædā cognoſcimus: quæ prius didicimus: vt particularia: quę nudiuſtertius didicimus: heri āt obliti: hodie rurſus reminiſcimur: hæc nāq; cognoſcimus: q̄ prius

F

didicimus. ſunt aūt hæ aſſumptiones.

4. cōbinatio.

¶ Quarta eſt: qm̄ cognoſcimus q̄dā: q̄ prius nō didicimus: vt vl̄ia: quorū heri obliti vel in habitu poſita hodie cognoſcimus: hæ ſunt dignitates & vl̄es ꝓpones.

5. cōbinatio.

¶ Quinta eſt: qm̄ diſcimus: quæ prius cognouimus: vt particularia: quæ nūc in particulari diſcimus: & in vl̄i p̄cognouimus: & hæ ſunt ipſæ cōcl'ones ſingulares.

6. cōbinatio.

¶ Sexta eſt: qm̄ diſcimus: q̄ prius nō cognouimus: vt particularia: q̄ nec in particulari nec in vl̄i p̄cognouimus. hæ ſunt aſſumptiones.

7. cōbinatio.

¶ Septima eſt: qm̄ diſcimus: q̄ prius nō diſcimus: vt particularia: q̄ nūc diſcimus. Hæ ſunt cōcluſiones & aſſumptiones.

8. cōbinatio.

¶ Octaua vero cōbinatio eſt impoſſis: qm̄ impoſſibile ē nos diſcere: q̄ prius didicimus. Nā diſcere eſt ſingulariū & particulariū: q̄re ſi diſceremus nūc: quod prius didicimus: tūc idē ſciremus: & neſciremus in particulari.

Coroſ. 1.

Ex his patet dr̄ię inter diſcere et cognoſcere.

Drīæ inter diſcere & cognoſcere.

Nā cognoſcere eſt de nouo: & nō de nouo: vl̄ia ſeu in vl̄i: & particularia vel in particulari. eſt ēt aliter noſtrū cognoſcere reminiſci.

G

At diſcere eſt de nouo tm̄ in particulari tm̄. & nullo mō reminiſci: qm̄ ſi eſſet reminiſci: tūc diſceremus aliqua: quæ prius didicimus.

2. coroſ.

Patet ſecūdo ꝙ quæcunq; diſcimus: cognoſcimus: nō aūt q̄cunq; cognoſcimus diſcimus.

3. coroſ.

3. dubō. Quo ad verba. nō seipsis: sed alijs prioribus. Tn̄ sciri p̄ seip̄m: & sciri per aliud prius: vtrūq; ē scire ꝓprie: & vniuoce dictū: p̄ aliud n. & p̄ se nō variāt rōnē sciētiæ. ¶ Quæres vt Philop. q̄rit cur dixit: aut omnia: aut q̄dā: qppe cū necesse sit ꝓpōnes
Solutio. oēs p̄cognosci & credibilitatē hr̄e. Nā si in vna qs ambigat: nec cōcl'o firma erit. ¶ Rn̄de r̄ ꝙ Arist. nō ait ꝓpōnes aliqs oportere ignotas eē: sed ꝙ vel oēs p̄ se creditas eē: vl' q̄sdam. Reliqs vero fidē hr̄e per demr̄onē: sicut Anima scđm subām impatibilis. Impatibile scđm subām immortale: igitur anima immortalis. Huius maior p̄ se credita est vt indemr̄abilis ꝙ impatibile secūdū subām est immortale. Minor aūt eget demōstratione hac ꝙ Anima simplex E scđm substantiā est. Simplex aūt scđm subām impatibile: & sic maior per se nota est. Minor vero demonstrata.

¶ *Fieri autē nō pōt ut ea magis quisquam quæ nescit, & circa quæ non melius dispositus est, quā si scierit, quā ea quæ cognoscit credat atq; assentitur. At euenit id profecto, si non prius cognouerit principia quispiam quam ea quæ per demonstrationem creduntur. Magis enim principijs aut omnibus aut quibusdam credere q̄ conclusioni necesse est.* Esse cōtigeret.

¶ *Non potest autē credere magis ea, quibus quispiam scit, quæ nō contingunt, neq; sciens, neq; melius dispositus q̄ si esset, sciens. Accidet autem hoc, nisi per demonstrationem credentium quis præcognouerit. Magis. necesse est credere principijs aut omnibus aut quibusdam q̄ conclusioni.*

¶ Hic locus ē obscurus: & quidā sic legūt. ¶ Nō pōt aūt F credere magis: q̄ scit: q̄ nō ē sciēs: neq; melius dispositus q̄ Cōmē. 26 expositio aliquotū. si eēt sciēs. Nā verbū qbus: trāstulerūt q̄ scit: verbū cōtingūt trāstulerūt est: Tynchano. n. aliquādo ꝓsum: aliquādo ꝓ cōtingo: aliquādo ꝓ sequor: accipit Arist. & tūc est τυγχάνω sensus ꝙ nemo pōt credere cōcl'onibus magis q̄ principijs: tā si esset illa sciēs: q̄ si esset melius dispositus q̄ sciēs illa. ¶ Quæ expō cū difficultate legitur in verbis his: vt intel Qualis expositio. ligēti patet. ¶ Ego vero sic intelligo vt velit dicere ꝙ nisi Propria expositio principia eēt p̄cognita vt assumpsit: neq; sciēs: neq; melius dispositus q̄ si esset sciēs: posset cognoscere ea: quibus ip̄e scit, q̄ nō cōtingūt. i. prima principia: qbus scit cōcl'ones: & q̄ nō cōtingūt. i. nō sequuntur ex alijs principijs syllogistice: Vnde inqt. ¶ Nō pōt credere magis ea supple qbus qspiā supple scit ip̄as cōcl'ones, q̄ nō cōtingūt syllogistice ex alijs. i. nō pōt qspiā magis credere primis pricipijs qbus aliqs scit cōcl'ones: & q̄ nō cōtingūt ex alijs syllogistice: neq; ꝓ siue sciēs: neq; ꝓ siue melius dispositus q̄ sciēs si eēt. Sup fluit. n. negatio more græco: dico neminē prin- G cipijs ip̄is credere magis nō posse: supple nisi illa eēnt p̄cognita. Quæ iō docet ꝙ Aris. velit ꝓbare ꝙ principia sint p̄cognita: postq̄ ꝓbauit illa eē magis scita hoc pacto: qa nisi eēnt p̄cognita: nō eēnt magis credibilia ip̄is cōcl'onibus. P. subscribit: accidet aūt hoc. s. ip̄a nō magis credi: nisi p̄ demr̄onē credētiū qs supple illa p̄cognouerit: q̄re q̄si sic arguit. Si principia ante demr̄onē nō eēnt p̄cognita: illa n̄ eēnt magis credibilia cōcl'onibus. Et hoc refellit. d. magis. n. necesse credere principijs aut oībus aut qbusdā: q̄ cōcl'oni. ¶ Quo vero ad verba attinet Philop. (vt mihi vr̄) p̄ eū Expō verborum secundum Philopo. q̄ ē melius dispositus q̄ sciēs: intelligit eū q̄ p̄stātius excellētiusq; ip̄as cognoscit q̄ scđm demr̄onē: & ita p̄ sciētē intelligere vr̄ eū q̄ scit p̄ demr̄onē: & p̄ melius dispositū q̄ sit sciēs intelligit eū: q̄ scit sine demr̄one: solū p̄ terminos. ¶ Mihi vr̄ ꝙ sermo Aris. sit hypotheticus nihil ponēs inesse: hoc pacto ꝙ nemo posset credere primis ip̄is principijs Propria verborū expō. magis nisi illa ante demr̄onē eēnt p̄cognita: nemo. s. neq; H sciēs: neq; aliqs alius plusq̄ sciēs: si eēt repetibilis. Et sic cū hypothetice loquat̄: neminē vult eē melius affectū q̄ sciēs sit: addidit. n. si eēt. ¶ Verbū aūt credentiū Alex. exposuit Expōsitio Alex. creditorū. s. cōcl'onū creditarū: vt sit sensus: accideret autē hoc. s. prima nō magis credi nisi per demr̄onē cōcl'onum creditarū supple sciendo illa quis præcognouerit. ¶ Philoponus vero construit sic, nisi quis de numero hominū Philopo. credentiū per demonstrationem quasi dicat acciderit hoc: s. illa non posse prius credi, nisi quis de numero hominū qui credunt per demonstrationem, illa prius nouerit, quę expositio (vt mihi videtur) clarior est.

I *¶ Ei qui per demonstrationem scientiam est habiturus. Non solũ autem ipsa principia magis nota, magisque credita sint: quam id q ex ipsis ostendit: sed etiam nihil prorsus eorum quæ principijs opponuntur ex quibus erit ratiocinatio falsa: uereq; contraria, credibile sit aut notius principijs ipsis oportet. Quippe cum eũ qui simpliciter est scientiam consecutus: nunq̃ ab ea persuasione dimoueri oporteat.*

Immutabilem. ametapt. Inuariabilem. Indimouibilem ab opinione.

¶ Debentem autem habere scientiam, quæ per demonstrationem est, non solum oportet principia magis cognoscere: magisq; eisdẽ credere, q̃ ei: quod demonstratur. Sed neq; ipsis credibilius: neq; notius esse aliud ex contrarijs primis principijs: ex quibus fit syllogismus contrariæ deceptionis. Siquidem oportet simpliciter scientem, immutabilem esse.

Cõmẽ. 27. Continuatio scdm aliquos. Cõfutatio. Intelligẽs per syllm duplex.

¶ Sunt quidã qui asserũt Arist. hactenus ꝓbasse ꝓpões siue principia ipsa, ex quibus fit demõstratio, esse notiora ac credibiliora cõclõnibus, at nũc eũ ꝓbare dicũt nihil eorũ oppositis in falsitatẽ esse credibilius. ¶ Quod vnde sic dixerũt, ignoro. Nã si cõstat nihil ipsis esse credibilius

K in veritate, cõstabit nihil esse eorũ oppositis credibilius in falsitate. ¶ Propterea animaduersione dignũ est q per syllogismũ intelligit aliqd, esse duplicẽ. Alter.n.est qui ꝑ dialecticũ opinaꝛ aliquid esse vel nõ esse, vt mundũ esse genitũ vel nõ genitũ. Alter qui per demõstrationẽ scit animũ esse immortalẽ. Mundũ nõ esse genitũ Aristo. opinaꝛ, qa ex nihilo nihil generaꝛ. Plato mũdũ eẽ genitũ, quia a deo ex nihilo genitũ, putat.n. qđ a deo fit, ex nihilo fieri. Animũ esse immortalẽ scimus, qa seipm mouet, nã. Oẽ per se seipm moueñs immortale. Animus p se seipm mouet. Animus immortalis est. Inter opinantẽ & scientẽ hæc ẽ dr̃ia. Nã eũ qui p aliq̃ ꝓbabilia principia aliquid esse vel non esse opinaꝛ, cõtingit mutari in opinionibus, qs habet de cõclõnibus, nã in diuersis tp̃ibus possunt sibi principia, & eorũ opposita esse credibilia, vt tp̃e Platõis credibile erat ex nihilo fieri posse aliquid a deo, vt est nunc rei veritas apud nos, q̃re tũc opinio erat ꝙ mũdus erat factus. Succedẽte Arist. oppositũ illius principij erat creditũ. s. ꝙ ex nihilo nihil fieret, & sic successit alia opinio, ꝙ mundus

L nõ erat factus. Quare opinantẽ in suis opinionibus cõtingit mutari, qa vno tp̃e sunt sibi credibilia principia. Alio tẽpore eorũ opposita. Nũc tẽpore nostro secũdũ veritatẽ credibile est, & verũ, mũdũ esse factũ, qa tenemus, & ita est, ꝙ deus ex nihilo facere põt oẽ poſe. At sciẽs immutabilis est, quia (vt supra dicebamus) cuius simpl'r est sciẽtia, hoc impoſe est al'r se habere. Ex hoc sequiꝛ sciẽtiã per demõstrationẽ habiturũ, nõ mõ debere credere ꝓpões & principia demõstrationis eẽ credibiliora cõclõnibus, q̃ demõstranꝛ, sed nullũ ex eorũ oppositis eẽ sibi credibile ꝓ aliquo tp̃e, nã aliter sciẽs eẽt mutabilis, qa cũ oppositũ aliquod fieret sibi credibile, mutareꝛ ad oppositũ eius quod sciebat, inqt. ¶ Debentẽ aũt habere sciẽtiã, q̃ p demõstrationẽ ẽ, nõ solũ oportet principia magis cognoscere, magisq; eisdẽ credere, q̃ ei ꝙ demõstraꝛ, vt ꝓximo textu cõ

M clusit, sed ipsis principijs neq; credibilius neq; ipsis notius eẽ aliud vllũ, ex cõtrarijs primis principijs, ex quibus cõtrarijs fit syll's contrariæ deceptionis, siue syll's falsi, credere debet. Sciturus igiꝛ per demrõnẽ debet credere primis ꝓpõnibus, p quas sciet, nullatenusq; oppositis illarũ. Cuius cãm subscribit. Siquidẽ oportet simpl'r scientẽ, immutabilẽ eẽ. dixit simpl'r scientẽ, quia sciẽtẽ scdm quid, vt opinantẽ contingit mutari: quatenus mutatur opinio de ꝓpositionibus: vel simpliciter hoc est vere: & non secũdũ

Opinio Arist. de mũdo habetur primo cœli. Cõ.102.

Differentia inter opinantẽ & scientẽ

1.phy.34

accidẽs. ¶ Quo vero ad verba attinet: syll's cõtrariæ deceptionis dr̃ apud Philop. syll's falsi: hoc est syll's ignorãtiæ: & hic fit ex cõtrarijs primorũ principiorũ, ex qbus fiebat syll's sciæ. Verbũ immutabilẽ græce est ametaptotõ: qđ nõnulli habent non incredibilẽ. Quod nescio quõ sit factũ. Illud.n. nec in textu est: nec esse potest ad ꝓpositum: nec ipm habet aliquis expositor græcorum. N

Verborũ expõ.

¶ Sunt aũt quibus non uidetur esse scĩa ꝓpea q ipsa prima sciantur oportet. Sunt etiam quibus esse quidẽ uidetur demonstrationes tamẽ omnium esse. Quorum neutrũ sane uerũ aut necessariũ est. ¶ Quibusdam quidem igitur: propterea q oportet prima scire, non uidetur esse scientia. Quibusdam uero esse quidem omnium tñ demrões esse: quorũ neutrũ neq; uerum, neq; necessarium est. Text.6.

¶ Oportebat (vt Philop. inquit) de demõstratione nõ tñ q̃cũq; ad eius speculationẽ cõducũt: tradere: sed & dicta atq; rões cõtraria cõstituentiũ redarguere. Iccirco in his Aris. postq̃ dixit qdnã eẽt demrõ: nũc ꝓponit eos: q cõtrariã definitioni demrõnis statuunt: redarguere. ¶ Sũt aũt de demõstratione ipa tres põnes: duæ qdẽ cõtrariæ: & tertia Arist. in subcontrarijs constituta. Nã alij demrõnẽ pꝫnitus abnegarũt: dicẽtes nullorũ penitus demõstrationẽ eẽ. Alij demrõnem pꝫnitus affirmarũt: asserẽtes omniũ pꝫnitus demõstrationẽ eẽ: Arist. in ꝑte concedit demonstrationẽ eẽ: qa aliquorũ vult eẽ demrõnẽ. In ꝑte negat qa aliorũ non vult demonstrationẽ eẽ. Vñ inqt. ¶ Quibusdã qdẽ igiꝛ: ꝓpea ꝙ oportet prima scire: non vr̃ eẽ scĩa. s. demrãtiua: & sic voluẽt non eẽ pꝫnitus demrõnẽ. Quibusdã ẽt q dẽ oĩum tñ demonstrationes eẽ: & sic dicũt omniũ eẽ demonstrationẽ. Quorũ neutrũ neq; verũ est: neque ẽ necessariũ: sed in parte vtrũq; ẽ verũ. ¶ Sed circa hæc ambigit Philop. cur a principio hoc nõ q̃siuit: nã si in q̃stionibus prius est: si ẽ: q̃ qd est: oportebat prius de ipo si ẽ facere demonstrationẽ: deinde qd ẽ tradere: at primũ tradito ipso qd est: ad ipm si est: trãsiit. Auget vero q̃stionẽ: qa prius Menonis: & Sophistarũ cauillos de inuẽtione: atque ipso scire ꝑtractauit q̃re: & hæc in illo loco debuit interserere. ¶ Quo argumẽto Grossatesta p̃sens capitulũ ait non esse de subã libri. Sed de complemẽto bonitatis: eo qa purgat errorẽ ꝓximũ: sciẽtiæ acq̃sitæ. ¶ Rñdet Philop. ꝙ quãdo definitio quid nominis ẽ obscura: tũc p̃missa nominis significatione: statim si illa res sit q̃riꝛ. Vbi tamẽ nominis significatio patuerit: primũ de si ẽ occurrit: vt de vacuo seruauit Aris. nã cũ qd vacuũ significet: fuerit obscurũ: prius qd vacuũ significat p̃misit: deinde an vacuũ sit: q̃siuit: eo dẽ mõ hic: qa quid demonstratio significat: erat obscurũ: p̃misso quid nominis demonstrationis: vt ꝙ sit syll's talis: q̃rit an demonstratio sit. ¶ Sed pace tãti viri dixerim. Tũc solũ Aristo. accepisset definitionẽ qd nominis ipsius demonstrationis: & non quid rei. Qđ non credo verũ eẽ: cũ nullibi illã al'r definit. ¶ Melius igiꝛ dicerẽ: ꝙ iõ qões hasce hic pertractauit: quia remoueñꝛ ex his q̃ dixit de demonstratione definitionis. Et sic licet p se ordine doctrinæ: q̃stio si ẽ p̃cedat q̃stionẽ: qd ẽ: tñ p accñs potest eẽ contrariũ: vt in ꝓposito: qa eiusmodi q̃stiones remouẽtur ex his: q̃ dixit circa definitionẽ demonstrationis: nã de natura bonarũ definitionũ est p illas remoueri oẽm dubitationẽ accñte circa rẽ definitã. ¶ Quo vero ad positiones ipsas attinet: debes scire ꝙ oẽs dictæ tres positiones vtebãtur hac communi hypothetica: videlicet si demonstratio est: necesse est prima præcognosci: hi.n. qui dicũt omnium demonstrationẽ esse: & hi qui dicunt nullorum demon-

Cõmẽ.18. Cõfutatio. O. De demõstratione triplex opinio. Dubiũ. 2. huius primo. P. Quæ Lĩa contineñ. Solutio Philopo. 4.phi.58. Quæ ex põ Philo. propria solutio. Q. 4.phy.58.

A strationem esse:& Aristo.qui dicit aliquorũ esse demonstrationẽ:& aliquorũ nõ eẽ demrationẽ:etiã hãc cõcedit: quia declarauit demõstrationẽ esse ex primis: & notioribus. Verũ qui omniũ demõstrationẽ esse dicũt:& qui nullorũ:addũt cõsequẽti hoc:videlicet per demrõnẽ hoc pacto. Si est demõstratio:necesse est prima scire per demrõnẽ. Ab hac itaq; additione emerserũt errores:nã qui negabant demrõnẽ:sic hypothetice syllogizabant ex hac hypothetica. Si demrõ est:necesse est prima scire per demõstrationẽ. Sed prima non sciunt per demõstrationẽ. Sed contingit prima scire per demonstrationem : vt statim probabit. Igitur demõstratio non est. Qui vero demonstrationẽ esse aiunt:sic syllogizabant ex illa. Si demõstratio est:cõtingit prima scire per demonstrationem : vt dicetur. Igitur demrõ erit. Ambæ igitur hæ põnes vtuntur

B hypothetica hac cõiter tãq; maiore. Verũ prima assumit oppositũ cõsequentis:& infert oppositũ antecedẽtis videlicet demonstrationẽ non esse:& sic seruat formã syllogismi:sed peccat in materia:quia hypothetica assumpta non valet vt dicemus. Secunda autẽ assumit consequens: & infert positionem antecedentis: & sic peccat in materia:& forma. In materia quidem : quia hypothetica falsa est. In forma vero:quia expositione consequentis nõ syllogistice sequitur positio antecedentis. ¶ Propterea Aris. inquit:quorum neutrũ.i.neutra põ:neq; verũ:neq; necessariũ est:dixit.n.neq; verum quo ad ipsas põnes: qa vtraque falsa est. Dixit neq; necessariũ: quo ad rõnes positionũ:quia nulla est necessaria.hæc quo ad positiones.

C *¶ Qui namq; scientiam non esse omnino ponunt.hi censent ascẽdendum esse in infinitum, propterea q posteriora non sciuntur ob ea priora quorum prima non sunt,recte quidem dicentes. Fieri.n.non potest ut infinita quisquam pertranseat. Quia si statur, ac principia sunt,hæc incognita dicuntur esse, cum ipsorum non sit demonstratio,quod quidem solum inquiunt esse scire. Quod si fieri non potest ut prima sciantur, neq; fieri posse dicunt ut ea quæ proficiscuntur ex illis sciantur simpliciter proprieue sed ex suppositione dumtaxat si illa sint.*

¶ Ponentes quidem.n.non esse omnino scire,hi ad infinitum uolunt reduci tãquam non sint utiq; scientes posteriora propter priora,quorum non sunt prima,recte dicentes . Impossibile enim est infinita pertransire. Si autem stant, & sint principia,hæc ignota esse,cum demonstratio non sit ipsorum quod quidem dicunt esse scire solum. Quod si non est prima scire,neq; quæ ex his sunt,erit

Cõmẽ. 29 Cauillus *scire neq; simpliciter,neq; propria,sed ex conditione,si illa sunt.* ¶ Qui negant simpliciter: & omnino demonstrationem:


D hoc pacto ex illa cõi hypothetica syllogizant. ¶ Si demõstratio est. Prima per demonstrationem sciuntur. Sed prima non sciuntur per demonstrationem. Igitur demonstratio non est. Maior est hypothetica communis : quam ambæ positiones supponunt. At nunc probat Aristo. de eorũ mente minorem: quæ destructio consequentis ẽ: quia si prima sciuntur:vel per alia priora: & illa per alia: & sic in infinitum:vel oportet stare ad ipsa prima : ita vt non per alia sciantur. Non per alia & sic in infinitũ: quia tunc essent ignota:cum infinita sint ignota.nec oportet stare ad ea.quia tunc illa non scientur per demõstrationem: & ita penitus non scientur. Et per consequens ex his posteriora minime scientur:inquit. ¶ Ponentes quidem enim non esse omnino scire : & dicentes demonstrationem penitus nullam esse. Hi ad infinitum volunt reduci:tãq; non sint vtiq; posteriora scientes propter priora:quorum nõ sunt prima:& sic primum est vt prima illa per alia priora:& illa per alia:& sic in infinitum : recte (vt Aristo.inquit). Dicentes:quia non præcognitis primis neq; secunda cognosci poterunt. Hoc enim recte dixerunt.& ipse posuit in definitione demonstrationis. Obijcit tamen contra hanc partem in eo q volunt reduci ad infinitum:nam tunc hæc essent ignota. Impossibile enim (vt ait) est infinita pertransire. Deinde destruit secundum membrum:& inquit. Si autem stant:& sunt principia: hæc supple oportet ignota esse: quia per demonstrationem non scientur: cum ipsorum demonstratio non sit: quod quidem dicũt esse scire solum. Demum epilogat rationem : & inquit. E

Quia si non est prima scire neq; quæ ex his sunt:erit scire aliquo pacto:quia neq; simpliciter neq; proprie:sed ex cõditione sine suppositione si illa sunt. Nam suppositio ponit quoddam de quodam:& cogit credere ita esse. Simpliciter enim demonstratio non est per prædicta:ex suppositione autem aliquid possibile est probare:quod non est proprie demonstratio : sicut si duo sunt quinque : & quinq; erunt duo:& si terra est pennata:& pennas nimirum habebit. Et sic equus volat:equus nimirum habebit alas. ¶ Animaduertendum hosce seruasse formam syllogismi:quia ab opposito consequentis: licet deducere oppositum antecedentis:sed peccabant in materia : quia illa communis hypothetica est falsa:vt dictum est. Prima.n. sciuntur : sed non per demonstrationem : sunt enim scita per seipsa fidem habentia:vt etiam dicemus. F Solutio. cauilli huius põnis

¶ At secundi de modo quidem sciendi consentiunt,per demonstrationem.n.solum esse scientiam dicunt. Verum omnium demonstrationem esse nihil inquiunt prohibere. Fieri enim potest ut demonstratio circuli mõ uersetur, omniaq; mutuo demonstrẽtur. G

¶ Alij de ipso scire quidem fatentur per demonstrationem utiq; esse solum. Sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet. Contingit.n.circulo fieri demrõnẽ, & ex his quæ adinuicẽ sunt. Vtiq;.1.

¶ Qui omnium demonstrationem esse affirmant:hoc pacto ex illa hypothetica cõmuni syllogizant. ¶ Si demrõ est:prima principia sciuntur per demonstrationẽ. Sed prima sciuntur per demrõnẽ. Igitur demonstratio est. Minorẽ probat eo q contingit circulo demonstrari. Vbi priora per posteriora demonstrantur. Quia vero circulo fieri possit demrõ:ab vna particulari deducit:quia videlicet in conuertibilibus priora demonstrant posteriora:& ecõtrario posteriora demonstrant priora: termini conuertibiles sunt disciplinabile:risibile: homo:quoniã sequitur. Omne risibile disciplinabile:Omnis hõ risibilis. Igitur omnis hõ disciplinabilis:& per cõuersionem maioris in terminis cũ Cõ. 30. Cauillus. H




cõclõne,sequitur. Omne disciplinabile risibile omnis hõ disciplinabilis,igitur omnis hõ risibilis. Vbi minor syllogizatur ex cõclusione cũ maiori cõuersa. Igitur circulo fieri potest demonstratio.inquit. Alij vero de ipso scire q-

I dem confitentur ipsum uidelicet esse per demonstrationẽ solũ. Verbũ vtiq; grece est gar, latine enim. Sed quia nõ teneť pro reditiuo causæ, ideo transferri põt pro cõfirmatiuo videlicet vel vtiq;. Sed omniũ, vt inquit, esse demõstrationẽ nihil ꝓhibet, & hoc ꝓbat ex vna particulari, & inquit. Contingit.n. circulo fieri demõstrationem, ex his quæ adinuicẽ cõuertibilia sunt. Igitur supple in omnibus priora per posteriora circulo demrari pñt. ¶ Animaduersione dignũ rõnẽ hanc triplr̃ peccare, Primo quidẽ in forma, quia arguit a positione cõsequentis ad positionẽ antecedẽtis. Secundo in materia, quia (vt dicet) hypothetica communis est falsa. Tertio quia ab vna singulari deducit vniuersalem, nõ n. si in conuertibilibus licet circulo retrocedere, in omnibus sequitur idem fieri posse.

Refutatio cauilli.

¶ *Nos autem dicimus nec omnem scientiam esse demonstratiuã, sed eorum quæ medijs uacant indemonstrabilem esse.*

K ¶ *Nos uero dicimus non omnem scientiam demonstratiuam esse, sed immediatorum indemonstrabilem.*



L

Cõ. 31. ¶ Rñdet Aristoteles, & huius rei veritatem subiungit, in nuitq; simul & veritatẽ quæsiti, & solutionẽ ad eorũ rõnẽ. Veritas itaq; est in subcõtrarijs cõstituta. Nam vtraq; contraria falsa est. Illa.n. falsa est, omnis scientia est demonstratiua, & illa etiã, nulla sciẽtia est demonstratiua. Quare vtraq; harũ vera erit, aliqua sciẽtia est demonstratiua, vt mediatorũ. Et aliqua sciẽtia nõ est demõstratiua, vt immediatorũ. Ex hoc patet hypotheticã illã esse falsam, quia licet si demonstratio sit, prima scire sit necesse, nam notiora & scibiliora oportet prima esse, ꝑ quæ posteriora sciũtur, nõ tamẽ ipsa scire necesse est per demonstrationẽ. nã
M immediatorũ sciẽtia quidẽ est, sed non per demonstrationẽ, quia per seipsa fidẽ habent, inquit. Nos vero dicimus non omnẽ sciẽtiã demonstratiuã esse, quia aliquam demonstratiuã, vt mediatorũ, sed immediatorũ indemõstrabilem. & sic simul veritatẽ tãgit, & paralogismi solutionem. ¶ Philoponus reducit eos qui negant demõstrationẽ, concedere illã. Nam si negant demonstrationẽ, aut per syllogismũ hoc probant demonstratiuã, aut per syllogismũ non ex necessarijs. Si ex syllogismo nõ ex necessarijs, tũc nihil certi haberẽt. At si ratio per quã syllogizãt demonstrationẽ nõ esse, est demõstratiua, tũc negando demonstrationem esse, ponũt demõstrationẽ esse, veluti qui negant loquelam esse ore, ponunt loquelã esse. ¶ Quare Arist. sapide ab vtraq; positione sumit demonstrationẽ esse, & ab illa positione, quæ negat demonstrationẽ esse, & ab illa positione, quæ ponit demonstrationem esse. N

Que Phi.

¶ *Quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessarium quidem est ut priora sciantur & ea ex quibus conficitur demonstratio, statur autem tandem in hisce quæ uacant medijs hec indemonstrabilia necesse est esse.*

¶ *Et q; hoc necessarium sit: manifestum est. Si enim necesse est scire quidem priora: & ex quibus est demonstratio, stant autem aliquando immediata. Hæc indemonstrabilia necesse est esse.*

¶ Probat nunc id quod sumpsit. Sumpsit enim q; sint quędam quæ sciuntur immediata ac indemonstrabilia, & sumit ad huius rei demonstrationem. Primo q; prima ex q̃bus est demonstratio sciuntur. Secundo sumit q; scibilia aliquando stant immediata ita, vt per seipsa sciantur, & non per alia priora. Aliter esset processus in infinitum. Ex his simul sumptis concludit prima per quæ scimus mediata, esse indemonstrabilia, & sic habetur aliq̃ esse scientiam indemonstrabilem, vt immediatorum, inquit. Et q; hoc necessarium sit, videlicet q; sint aliqua indemonstrabiliter scita, manifestum est. Deinde probat hoc, vt dixi, sumens duo, & inquit. Si enim necesse est scire quidem priora: & pro idest ex quibus est supple constitutiue demonstratio: quod dicit ad differentiam priorum: ex quibus non est demonstratio nisi potestate: hoc est primum: sumit secundum: & inquit. Stant autem aliquando immediata: hoc est secundum: quod eo patet: quia non licet procedere in infinitum. Ex his concludit propositum: & inquit. Hæc indemonstrabilia necesse est esse, & sic aliqua sciẽtia erit indemonstrabilis, vt accepit. ¶ Ex hoc Philoponus infert bene esse dictum in principio differre scientiam a demonstratione: eo q; scientia sit amplior: & in plus. Est.n. scientia tam mediatorum: q; immediatorum. At demonstratio non nisi ipsorum mediatorum. P

Cõ. 32.

O

Supra cõmen. 2. Que Phi.

¶ *Hoc igitur ita sese habere dicimus: ut non solum scientiam. sed & principium scientiæ quoddam esse asserimus: quo terminos ipsos cognoscimus.*

¶ *Hæc igitur ita dicimus, & non tantũ scientiã, sed & principiũ scientiæ esse quoddã dicimus, quo terminos cognoscimus.*

¶ Hæc igitur ita dicimus: hoc est hęc esse immediata ita dicimus: & non tantum supple dicimus scientiam ipsorum indemonstrabilem esse: sed & dicimus esse quoddã scientiæ eorum principium quorum terminos cognoscimus. ¶ Vbi debes scire q; Aristo. per hæc voluit habere esse statum in demonstrabilibus ad indemonstrabilia. Et ideo hæc: quæ dicit dupliciter exponi possunt vno modo: vt Philoponus inquit: intelligendo per principium quo terminos noscimus intellectum diuinum: nam rerum resolutio hæc est: q; sensibilia resoluuntur ad cœlestia. Cœlestia ad eorum formas: quæ sunt substantię simplices. Has nos cognoscimus diuino intellectu illustrati. Et sic (vt ait) per terminos: intelligit formas cœlestium corporum: ad quæ resoluuntur hæc mortalia. Per principium igitur quo terminos cognoscimus: intelligit intellectum diuinum: qui illustrati cognoscimus substantias simplices: quæ sunt formæ siue termini cœlestium: ad quæ omnia hæc resoluuntur. Et ita patet esse statum in rebus. ¶ Hæc expositio (vt mihi videtur) propositum transcendit. ¶ Propterea melius Themistius & magis naturaliter: & ad literam plus cõueniens: inquit Aristotelem per principium quo terminos cognoscimus intelligere intellectum nr̃m: & per terminos: subiectũ & ꝓdicatũ: ad quæ immediata resoluuntur. Est igitur hæc resolutio: q; mediata & demonstrabilia resoluunť

quo ñ Cõmẽ. 33.

Duplex expõ uerborum Arist. Philopo.

Q

Que expõ Philopo. the. expõ

Resolutio quõ fiat.

A resoluuntur ad immediata, & per illa sciuntur. Immediata vero resoluuntur in eorum terminos, subiectum & praedicatum, & per illa sciuntur. Termini vero intellectus lumine cognoscuntur. Vt enim sensibilia per se senso ipso ac lumine sensitiuo cognoscuntur, & nulla alia ratione sic prima simplicia intellectus lumine, & nulla alia ratione cognoscimus. Intellectus igitur simplicibus apprehensionibus terminos apprehendit, indemonstrabiliter eorum capiens naturam, ex quibus dignitates connectit, quare nō necesse est res in infinitum procedere, sed est & quoddam demonstrationis principium intellectus, qui res comprehendit, & non indiget demonstratione ipse, cum sit principium. Verborū expō. ¶ Quo vero ad verba attinet, verbum illud quo graece est ἧ, & licet multa apud graecos significet, nam, nam significat idem quod inqnantum. Hic (vt mihi videtur) est relatiuum, & datiui casus, referturq́ ad archē, idest B principium, quod graece est foeminini generis, Et sic cum Aristoteles dixisset immediata esse quaedam ad quae stamus indemonstrabiliter, statim subiungit esse principium quoddam, quo terminos principiorum noscimus, haec de verbis. Ex re vero ipsa patet immediata sciri, & non Ca.7.& 2.hulus ultimo. tantum intelligi. Quia licet. 6. ethicorum dicat Philosophus eorum esse intellectum, tamen eorum non tantum intellectus, est sed & scientia etiam. non quidem demonstrabilis, sed indemonstrabilis, vt diximus.

¶ Et etiam patere dicimus fieri non posse ut circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit ut eisdem eadem simul priora sint atq; posteriora, nisi altero modo, ueluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur, quo quidem modo facit inductio notum. Quia si ita sit, non bene est diffinitum ipsum simpliciter scire, sed est sane duplex. An altera demonstratio quae sit ex hisce quae nobis sunt notiora, non est simpliciter demōstratio.

C *¶ Circulo autem q̄ impossibile sit demonstrare simpliciter, manifestum est. Siquidem ex prioribus oportet demonstrationem esse, & notioribus, Impossibile enim est eadem, sibi inuicem simul priora, & posteriora esse. nisi altero modo, ut haec quidē ad nos. Illa uero simpliciter, quo quidem modo inductio facit notum. Si autem sic est, non utiq; erit simpliciter scire bene definitum, sed dupliciter. Aut non simpliciter altera demonstratio fit ex nobis notioribus.*

Cō.34. ¶ Erat secunda positio q̄ demonstratiua scientia sit: quoniam omnium est demonstratio. q̄ vero omnium sit demonstratio: probabat: quoniam circulo demonstrationē esse necesse est. Quod vero circulo demonstratio sit. Iterum probabat: quoniam conuertibilia contingit circulo demonstrari. Aristoteles ergo nunc ostendit: nihil circulo posse demonstrari: quinimo nec conuertibilia: qua ratione & via vult Aristo. habere: q̄ secunda positio peccet & in forma argumentādi: quatenus ex vna singulari vniuersalem argumentatur. & in materia: quatenus singula- D ris illa etiam falsa est. Duplex expositio Philopo. Prima expositio. ¶ Quo vero modo illa singularis falsa sit: Philoponus dupliciter declarat, verba Aristo. duobus modis exponens. Primo modo sic, si circularis ostensio in demōstrationibus est, non nisi pro tāto, quia ex posterioribus posset demōstrari prius, & si sic, non recte eēt 2.expō. simpliciter definitū ipm scire, sed dupliciter. ¶ Secūdo mō Philoponus exponit sic, Si demōstratio circularis sit possibilis, tūc ex posterioribus posset demōstrari prius. Qd vero ex posterioribus prius demōstrari non possit, probatur, quoniā dictū est demonstrationē fieri ex primis natura.

E At circularis demonstratio prima ex posterioribus demonstra:. Ergo demonstratio nō fit circulo, nisi dētur demonstrationis duo modi, & qui ex prioribus natura, & qui ex posterioribus, & sic demonstratio nō esset simpliciter, sed dupliciter definienda. ¶ Differt haec secūda ex pō a prima, q̄a haec ducit ad illud quod demōstratio non simpliciter, sed dupliciter esset definita. Prima vero ducit ad hoc, q̄ scire non simpliciter, sed dupliciter esset definitum. Dria expōnum. vnde inquit. ¶ Circulo autem q̄ impossibile sit demonstrare simpliciter, manifestum est. Siquidem oportet ex prioribus & notioribus demonstrationem esse. Si.n. ex prioribus natura sit demonstratio, non potest circulo aliquid demonstrari, quoniam non nisi ex posterioribus fieri potest, non enim eadem eisdem priora & posteriora sibi inuicē esse possunt simul, nisi altero modo vt vel haec quidem ad nos, vel illa simpliciter. Simul autem eadem esse priora & posteriora est impossibile, voco priora ad F nos, quae nobis patent, quo quidem modo inductio ex prioribus ad nos vniuersale notum facit. Ergo vis rationis haec est. Si demonstratio circularis esset possibilis. Ali- Rō. tex. qua demonstratio esset ex prioribus ad nos. Tūc destruit consequens, & inquit. Si autem sic est. s. q̄ aliqua demonstratio si ex prioribus ad nos, nō vtiq; erit simpliciter scire bene definitum. Et per simpliciter scire, intelligit aut simpliciter demonstrationem, vt expositio secunda dicit, aut simpliciter scire, hoc est scientiam simpliciter bene definitam. Sed erit dupliciter definienda, Vel erit dicendum q̄ altera demonstratio, quae est ex prioribus ad nos, nō sit simpliciter demonstratio. Sed aequiuoce, & per quandā similitudinem. Sic igitur non est circulo demonstrare, quoniam ex prioribus ad nos esset demonstrare, non.n. eadem eisdem sunt nobis priora & posteriora simul, sed altero modo, aut ad nos, aut natura. Modo nō est demōstrare ex prioribus ad nos, quoniam demonstratio non G esset vno modo, sed duplex, vel saltē demonstratio: quae est ex prioribus ad nos: non erit demonstratio nisi ęquiuoce. Obiectio. Philopo. ¶ Sed contra obijcit Philoponus, quoniam haec demonstratio est: Cinis est hic, ergo ignis aliquando fuit ibi. Amplius & haec. luna taliter illuminatur: ergo est sphaerica. Rñ. Iuniorum. ¶ Iuniores propter haec dixerunt duplicem esse demōstrationem, quia & propter quid: hoc est ex prioribus ad nos: ex prioribus natura. ¶ Auerroes vero addit tertiam quam appellat demonstrationem simpliciter: quae est ex simpliciter nobis & naturae notis. Que Themistius. Alexā. & Philopo. ¶ Themistius vero & Alexander: & Philopoponus eum syllogismum qui est: ex simpliciter prioribus: solum demonstrationem esse autumant: eum vero: qui est ex prioribus nobis: coniecturā vel syllogismum esse tantum tradunt. Et si demonstratio dicitur: non nisi aequiuoce appellatur. Tunc patet: q̄ rationes illae: quae in dubitatione inductae sunt: non sunt demōstrationes: sed (vt Philoponus inquit). Coniecturae: qua- H rum aliae sunt necessariae: vt illae: quae tactae sunt: Alię nō Cōiecture sunt dupli s. Vide sup. cōmē.12. necessariae: sed solū rhetoricae: vt illa: haec mulier pallida est: ergo peperit: & ista: hic de nocte vagatur. ergo est fur: & ista: haec se ornat: ergo mechus: verū de his postea.

¶ Euenit autem hisce qui dicunt demonstrationem uersari non solum id quod nunc est dictum, sed etiam nil aliud dicere, quā hoc est, si hoc est. Hoc uero pacto facile est omnia demonstrare. Atque patet idipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos siue per paucos redire dicatur nihil profecto refert, atq; per paucos etiam duos. Nam quando cum .a. sit, est necessario .b. Et

I *hoc cum sit est necessario .c. Tum cum .a. sit necessario .c. ipsum erit. Si igitur cum .a. sit, necesse est .b. esse, & cum .b. sit necesse est esse .a. hoc enim erat circuli modo uersari, ponatur .a. eo in loco quo ipsum est .c. Dicere igitur cum .b. sit .a. ipsum esse, nil aliud est quã dicere, cum .b. sit .c. ipsum esse. Id autem nil aliud est quã dicere, cum .a. sit .c. ipsum esse. At idem est .c. & .a. quare fit ut hi qui censent orbis modo demonstrationem uersari, nihil aliud dicant quã cũ .a. sit .a. ipsum esse, hoc uero pacto facile est oĩa demõstrare.* ☞ *Accidit uero dicentibus circulum demonstrationem esse, non solum quod nunc dictum est. Sed nihil aliud dicere quã quoniam hoc est, si hoc est. Sic autem facile est demonstrare omnia. Manifestum autem est, ꝙ hoc accidat, tribus terminis positis, per plures .n. aut pauciores reflexionem dicere, differt nihil. Per paucos uero quã per duos. quando enim .a. existente, ex necessitate erit .b. Hoc autem existente, erit .c. ipso .a. existente erit .c. Si igitur .a. existente, necesse est .b. esse. Hoc autem existente, ipsum .a. (hoc* K *enim erat circulo demonstrari) ponatur .a. in quo .c. igitur .b. existente .a. esse dicere, est .c. esse dicere. Hoc autem, quoniam .a. existente .c. est, .c. uero ipsi .a. idem est, quare contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere quã quoniam .a. est .a. est. Sic autem omnia demonstrare facile est.*

Cõ. 35. ☞ Cum induxisset unum absurdum contra eos, qui concedebant omnia esse demonstrabilia: & demonstrationem circularem, videlicet ꝙ ex posterioribus priora: & ex particularibus vniuersalia demõstretur: nunc transit ad aliud absurdum. & prima facie sic videtur procedere. Si demõstratio circularis esset: ita vt oĩa demonstrabilia sint: tunc per illam nihil aliud demonstraretur ꝙ si .a. esset .a. esset. Vltra si per illam nihil aliud demonstraretur ꝙ si .a. esset .a. esset tunc facile esset omnia demõstrare. Prima consequẽtia prima facie declaratur supponendo ꝙ tunc est demõ L stratio circularis, cũ in eadem syllogismi specie cõuersio fit. Nam (vt diximus) si ab effectu causa demonstraretur, & deinde a causa effectus: hæc conuersio non esset in demonstrationibus, qm̃ processus ab effectu causam nõ est demonstratio: sed syllogismus tantũ: vel coniectura necessaria, vt Philoponus inquit. Quare si .a. demõstrat .b. .a. est causa simpliciter prior ipso .b. & contra .b. demonstrat .a. etiam .b. erit causa simpliciter prior ipso .a. Hoc enim pacto secundũ Arist. erit circulo demonstrare. Tunc ex his patet .a. esse causam simpliciter sui ipsius, quoniã quicquid est causa causæ est etiam causa causati. Igitur si .a. est causa simpliciter ipsius .b. & contra .b. causa simpliciter ipsius .a. vtiq; .a. erit sibimet simpl'r causa. Quare si demonstratio circularis est: Idem simpl'r erit sui ipsius causa. Et sic per illã demonstrationẽ non plus habebitur ꝙ si hoc est, hoc ẽ. Sic autẽ erit facile omnia demonstrare: quia cũ ipsam solã rem haberemus: vt Eclypsim: mox demonstrationẽ habe M remus, quoniã eclypsis esset ꝓpter eclypsim. Haberemus enim simul cãm & effectũ: & ita demonstrationẽ totam.

Contra opionẽ aliquorũ. ☞ Ex his patet ꝙ dicentes circularem demonstrationẽ: in diuersis generibus demõstrationis: aut in diuersis generibus cãrum: non possunt Aristo. rõnẽ efficacem reddere. vt consideranti patet. Hanc rationẽ Aristo. ponit in terminis: & sumit tres terminos: & illos quidẽ eo mõ: quo sumpsit secũdo priorũ. Et qm̃ syllogistica cõuersio multiplex

Cap. 2. est: ne confusio accidat: sic illos tres terminos disponit, vt ambæ ꝓpones in prima demõstratione vocentur .a. Excusat autẽ se dicẽs, per plures enim aut pauciores reflexionẽ dicere refert nihil, nec refert si eam dixerimus per paucos aut duos. Et ꝓpterea non est curandũ si duę ꝓpones vno termino dicantur, videlicet ipso .a. Et sic totũ antecedens uocetur .a. cõclusio vero ad illud sit .b. At cõclusionis conclusio sit .c. terminis dispositis deducit cõsequentiã sic: si .a. est. Et intelligo per .a. aggregatũ ex maiore: & minore: & per .b. cõclusionẽ. Vltra: si .b. est .c. est. & per .c. intelligo cõclusionẽ conclusionis: quæ est terminus totius demonstrationis circularis: & ita intelligere oportet illud met aggregatũ: quod intelligebatur per .a. Aliter non eẽt circulo demonstrare. Et licet ex .b. non sequatur vnica demonstratione totum illud aggregatum: tamẽ diuersis demonstrationibus sequitur. Nã ex .b. cũ altera ꝓpõnum sequitur nunc vna: & cũ altera sequitur nunc altera secũdo priorũ. Accipit tamẽ gratia breuitatis ex .b. sequi totũ illud aggregatũ simul. Igitur si .a. est .c. est a primo ad vltimum medijs non variatis: sed .c. idem est quod .a. (vt dictum est). Igitur si .a. est .a. est. Et ita si omnium esset circularis demonstratio: non plus per illam demonstraretur: ꝙ si .a. est .a. est. qua ratione omnia esset facile demonstrare. ☞ Animaduerte: vt ex his: quæ Philoponus inquit colligitur. In verbis Arist. est multiplex obscuritas. Prima quidem: quo elementa pro terminis accepit. Secunda vero: quo terminos pro propositionibus. Tertia deniq;: quo non explicauit quid per .a. & quid per .b. & quid per .c. intelligat. ☞ Attamen (vt Philoponus per pulchre exponit) ipso .a. vtitur pro duabus ꝓpõnibus syllogismi: Aut pro minore: derelinquens maiorẽ in mente: & est melius: Vtitur enim .a. pro hac minore: homo risibile. Ipso autem .b. vtitur pro conclusione, videlicet pro illa: homo est disciplinæ capax. Sequitur .n. homo est risibilis. Ergo homo est disciplinæ capax: quia in mente seruatur ꝙ omne

N

Cap.

O

Quæ obscuritas verborũ Aristo. Primat Secunda Tertia. Expõ Philopo.

P

risibile cõclusio cõclusionis



risibile est disciplinæ capax. Quare hac in mente seruata: sequitur. homo est risibilis. ergo homo est disciplinæ capax. Et qm̃ circularis ostensio conclusionẽ capit: vt minorem propositionẽ alterã inferendo, Rursus ipso .b. vtitur vt minore propositione inferẽdo propositionẽ, quę fuit a principio: hoc modo: hõ est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. Sequitur enim seruata in mente hac, omne disciplinæ capax est risibile hæc enim est conuertens maioris prime demonstrationis: quæ fuit in mente seruata. Quare patet: ꝙ si homo est risibilis, homo est disciplinæ capax. Et conuertitur: homo est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. ergo a primo ad vltimum. si homo est risibilis, homo est risibilis. Et sic omnia esset facile demonstrare. Qm̃ quantum est ex demonstratione: quæ fit per elementa: nullum videtur absurdum conclusum esse: siquidẽ per .a. ostensum est .b. per .b. vero .c. resumit sermonem: & addit ponatur .a. in quo .c. hoc est ponatur idem .a. cũ .c. Et sic concluditur .a. existente .c. esse. Quare si .a. quidem existente .b. est .b. vero existente .c. est. Idem autem erat .a. cum .c. Concludetur igitur ꝙ .a. existente .c. est: & cum .c. & .a. idem sit, concluditur .a. existẽte esse .a. hoc pacto Philoponus exposuit. ☞ Tunc venio ad verba. Dicit enim sic. Accidit vero dicentibus circulo demonstrationẽ esse, non solum

Q

A solum quod nunc dictū est: hoc est ex posterioribus priorem, & ex particularibus vniuersalia demonstrari. Sed nihil aliud dicere ꝙ quoniā hoc est: si hoc est: idest eadem eisdem & priora & posteriora esse: & notiora & ignotiora, quod quidem absurdum est: quoniam sic facile esset demonstrare omnia. Quod vero accidat dicentibus circularem demonstrationem esse: quoniam hoc est: si hoc est: proponit probare, & inquit. Manifestū autem est ꝙ hoc accidat tribus terminis positis: & hoc merito: vt Philoponus subaudit, quoniam & demōstratio ad minimum est ex tribus terminis, hoc autem ideo: quia omnis syllogismus est ex tribus terminis: quare circularis ostensio ad minimum quidem est ex tribus terminis. Propositionibus vero duabus. Exponit autem hoc: & inquit. Per plures enim aut pauciores reflexionem dicere differt nihil: ꝑ paucos autē ꝙ per duos. Possibile enim est composito syllogismo vtentes per plures terminos syllogizant: & reflectere circulari ostensione: atq; nihil refert siue plures sint termini: siue pauciores. Per paucos autem hoc est per pauciores propositiones ꝙ per duas differt: quoniam impossibile est reflexionem fieri per pauciores tribus terminis: duabus vero ꝓpōnibus: quoniam neq; syllogismum cōtingit per pauciora fieri. Deinde ordinat discursum circularem: & inquit. Quando enim.a.existente: hoc est aut minore ꝓpositione: aut vtrisq; (vt diximus) ex necessitate erit.b.hæc est conclusio. Hoc autem existente videlicet.b. quod: vt conclusio ab initio acceptum est: nunc autem: vt propositio, erit.c.scilicet vltima conclusio, ipso.a. existente, erit.c. quare.a.existente ex necessitate.c.est. Sed.c.assumit idē cum.a.ergo.a.existente est.a. Tunc resumit rōnem: & inquit. Si igitur.a.existente, necesse est.b.esse: hoc existente.s.b. necesse est esse.a. (hoc enim erat circulo demonstrari) ponatur.a.in quo.c.ponitur: & sequitur (vt inquit) igitur.b.existente.a.esse dicere: est.c.esse dicere: qm̄ idē ponitur. Hoc autem.s.sequitur: qm̄.a.existēte.c.est: vt a primo ad vltimū patet.c.vero ipsi.a.idē est: quare (vt inquit) contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere ꝙ qm̄.a.est.a.est. Sic autē omnia demūstrare facile est. Nā.b.per.a.demonstratur.c.vero per.b. sed.c.est idē cū.a.quare concluditur nihil aliud ꝙ ꝙ.a.existente: necesse.c.esse: hoc est.a.existente.a.est, hæc est expositio Philoponi.

Verborū. expositio ¶ Quo vero ad verba attinet, Aris. sumpsit.c.idem quod.b.quoniā in circulo. idē est principium & finis, sed quia differunt ratione, ideo quasi altero nomine vocauit.

Dubitatio ¶ Sed dubitares, qm̄ per hāc rōnē non solum videt̄ destrui circulus in demonstrationibus: sed in syllogismis. Qm̄ si in sylľis esset circulus faciam Aris. rōnē.s.ꝙ

D a.syllogicabit.b.&.b.syllogizabit.c. ergo.a.syllogizabit.c.sed.c.est idē ipsi.a.ergo.a.syllogizabit.a. & sic omnia erit facile syllogizare. Quare per rationē Aris. non solum in demonstrationibus: sed in syllogismis circulus delebitur.

Solutio. ¶ Dicendū ꝙ Aris. supponit demonstrationē circularē esse quoties prima demonstratio & secūda sunt eiusdem speciei. Nā tunc sequitur.a.demonstrat.b. demōstratione simpliciter: & a priori: &.b.demonstrat.c. etiā demōstratione simpliciter & a priori. ergo.a.demonstrat c.demōstratione simpliciter & a priori. Sed c.est idē ipsi a.ergo demonstratione simpliciter & a priori.a. demonstrat.a. Nō aūt de syllō sic est, qm̄ licet.a.syllogizet.b. b. nō syllogizat c.eadē spē syllī: & ꝑpea nō sequitur: vt.a. syllogizet.a. qm̄ syllogismi sunt spē differētes.

¶ At uero nec idipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur, quemadmodum ipsa propria. E

¶ At uero neq; hoc est possibile, nisi in his, quæ seinuicem consequuntur, sicut sunt propria.

¶ Vna expositio nostra est, ꝙ nunc velit Aris. ostendere eorum errorem in forma argumenti, qui concesserunt circularem ostensionem in demonstrationibus. Argumentabantur enim ex vna singulari vniuersalē hoc pacto. Cōuertibilia possunt circulo demonstrari. Igitur omnia possunt circulo demonstrari. Obijcit ergo nunc contra formam huius argumenti, & inquit. ¶ At vero neq; hoc est posibile vliter in omnibus. Sed solum in his: quæ se inuicem consequuntur: qualia sunt propria. Quare ex illa singulari non sequitur vniuersalis. ¶ Philoponus (vt mihi videtur) sic exponit. At vero neq; hoc est possibile.s.eadem per idem demonstrari. Sed solū cum tres termini capiuntur ita se habentes adinuicem: vt vnusquisq; ad cæteros conuertatur: hoc est: vt ipsi æquiualeant. Hoc autem ē dicere quoniā oportet propositiones ex proprijs componi: vtputa: homo: risibile, mentis: & scientiæ capax. Vnū quodq; enim horum ad cætera conuertitur. Si enim non ita essent positi termini: neq; omnino circulari ostensione vti possibile erit, non enim possibile esset: vt propositiones conuertantur. Siquidem vniuersalia affirmatiua non ad seipsam cōuertitur: sed ad particularem affirmatiuam. Per quæ Philoponus dat intelligere Aris. locutū esse hypothetice: quoniam non vult in conuertibilibus circularē demonstrationem fieri, quoniam probauit vniuersaliter in nullis fieri posse. Sed vult ꝙ si circularis demonstratio sit possibilis: non fit nisi in cōuertibilibus. Præterea innuit esse intelligendum per propria propositiones: quæ componuntur ex proprijs. Nam tunc propositiones possunt vniuersaliter conuerti: vt Auer. dicit sunt autem propria subiectum: proprium: & definitio. Cōmē. 36. Phi. expō. F 1. huius cō. 6. G

¶ Demonstratum est igitur prius uno quidem posito nunquā necessario aliquid aliud esse, uno inquā aut termino aut positione. Ex duabus autem positionibus primis ac minimis fieri posse, siquidē & ratiocinari contingit.

¶ Vno quidem igitur posito, ostensum est, ꝙ nequaquam necesse aliquod esse alterum. Dico autem uno, quoniā neq; termino uno, neq; positione una posita. Ex duabus autem positionibus primis, & minimis. Siquidem contingit & syllogizare.

¶ Cū dixisset supius illud accidere tribus terminis positis & ꝙ per pauciores illud non contingat, nunc in hoc loco (vt Philoponus inquit) illud resumit, & subaudiēdum est: quoniam a nobis secundo priorū ostēsum est, ꝙ vno termino posito, aut vna propositione posita syllogismū fieri impossibile est. Igitur vno posito ostēsum est: ꝙ nequaquā necesse est demonstratiue aliquod alterum esse. Exponit se, & inquit. ¶ Dico autem vno, quoniam neq; termino vno: neq; positione vna posita: Vocauit autem propositionem: positionem (vt Philoponus inquit) quoniā diuisit immediatas propositiones in Axioma: & Positionem: Positionem iterum in petitiones: & definitiones: & sic communiter omnē propositionem vocauit positionem: vel dixit hoc: quoniā præmissæ in syllogismo generali nomine propositiones dicuntur. In demonstratione vero speciali nomine positiones. Addit. Sed demonstratio fit ex duabus positionibus primis & minimis. Primis quidem: quoniam simplicissimis. Syllogismus enim ex pluribus propositionibus compositus non ex primis cō Cō. 37. Cō. 29. H

1. prio. 29. B

I ponitur:sed ex pro syllogismis comprobatur. Minimis vero:quoniam non ex vna fit. Assignat causam, & inqt. Siquidem contingit & syllogizare:hoc est:quoniam vniuersaliter syllogismus ad minus ex duabus propositionibus componitur. ¶ Animaduerte vt Philoponus inquit. primo priorum:ex vno vel termino vel propositione be
C.5.&.29 ne posse aliquid sequi illatiue:non autem syllogistice.

¶ Si igitur.a.& .b.& .b.mutuo se sequantur, sic tantum fieri potest ut ostendantur ex sese mutuo cuncta quæ postulata sunt in prima ratiocinationis figura, ut in libro priorum ostendimus. Quo loco etiam patebit cæteris in figuris,aut non fieri ratiocinationem,aut non ex hisce fieri quæ sunt sumpta.

¶ Si igitur.a.quidem ad.b.& ad.c.sequatur,& hæc adinuicem, & ad ipsum.a.sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia quæsita in prima figura,ut dictum est in his, quæ de syllogismo. Vbi etiam ostensum est quoniam in aliis figuris, aut non fit syllogismus,aut non de acceptis.

K

Com.38. ¶ Obiter nunc ostendit in qua figura syllogistica conuersio fit:& probat ꝙ in prima solum,& vti videtur ea probatione,qua exclusiuæ propositiones probatur hoc modo. In prima figura conuersio syllogistica fit & in nulla non prima figura fit.ergo tantum in prima figura syllogistica conuersio fit. Præiacentem exclusiue resolutorie hoc modo probat.In conuertibilibus fit syllogismus conuersiuus. Hæc sunt in prima figura.igitur in prima figura syllogistica conuersio fit.vnde inquit. ¶ Si igitur.a. ad.b. & ad.c.sequatur:& hæc adinuicem,& ad ipsum.a.hoc ē, si igitur tres termini sint:vt & omnes conuertãtur ad om
C.5.6.&7 nes,sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia quæsita in prima figura vt secunda priorum dictum est: hoc pacto vt conuertentes maiorem propositionem: &
L eam componentes cum conclusione,alteram demonstremus, Vel conuertentes minorem:& cum illa componentes conclusionem maiorem demonstremus. Sic igitur patet in prima figura fieri conuersionem: quando propositiones sunt conuertibiles. Et subdit ꝙ in secũdo priorum
Cap. 5. etiam est demonstratum in aliis figuris aut non fieri syllogisticam conuersionem:aut non de acceptis. Et dixit aut non de acceptis:quoniam forte potest secunda figura reduci ad primam per conuersionem vniuersalis negatiuæ: quo casu posset in figura illa fieri ad alteram propositionem tantum: verum conuersio illa non esset de acceptis: sed ex extrinsecus assumptis. ¶ Philoponus longa expositione declarat quomodo in aliis figuris non fit cõuersio:
Ordinatio texti aut non de acceptis,sed quia secundo priorum hæc diligẽter exposita sunt,satis sit hæc raptim tetigisse. ¶ Animad-
M uerte ꝙ textus iste potest sic ad ordinem reduci, vt dicamus ꝙ Aris.velit assignare errorem eorum in forma:qui omnia circulo demonstrabilia esse asserebant ex eo quia conuertibilia circulo ostendi possunt. Et sumit duo, quorum alterum est ꝙ conuertibilia possunt in prima figura solum demõstrari:& in nulla alia. Et hoc exponit in hoc textu. Alterum ꝙ non conuertibilia non possunt circulo demõstrari,& hoc secundum sumit.& nõ probat:sed velut manifestum ex secundo priorum accipit. Ex his duobus remouet errorem in forma eorum:quia circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt: vt textu sequenti declarabitur. Hæc de ordine.

¶ Ea uero quæ prædicationem non suscipiunt mutuam, fieri non potest mutuo demonstrentur. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, constat uanum esse ac impoßibile demonstrationem ipsam mutuam esse censere,atq; ob idipsum posse demonstrationem omnium esse. N

¶ Quæ uero non mutuo prædicantur,nequaquã est demonstrare circulo. Quare cum pauca hæc in demonstrationibus sint, manifestum est ꝙ, & uanum, & impoßibile sit ex his,quæ sunt adinuicem,esse demonstrationem.atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse.

¶ Cum cæpisset refellere errorem in forma eorum: qui circulo omnia demonstrabilia esse dicebant,& cum accepisset alterum necessarium ad hunc errorem manifestandum, videlicet ꝙ conuertibilia non nisi in prima figura demonstrari possint:nunc accipit alterum:& dicit. ¶ Quę vero non mutuo prædicantur: nequaꝙ est demonstrare circulo,quoniam nec in prima,nec in aliis figuris. Ex his duobus concludit errores eorum,qui circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt:& primus error eorũ est:quo ad materiam,& inquit.Quare cum pauca hæc in demõstrationibus sint:pauca dico:quoniam non nisi in prima figura:& solum in affirmatiuis:& non nisi in primo primæ:manifestum est ꝙ & vanũ:& impossibile sit ex his, quæ sunt adinuicem esse demonstrationẽ subaudi in omnibus:hic est error quo ad materiam. Atq; propter hoc contingere omnium demonstrationem esse: hic esse error in forma:dato enim ꝙ in conuertibilibus fit:non propter hoc in omnibus est circularis demonstratio: & dixit vanum:quoniam eorum ratio non cogit. Dixit impossibile, quoniam in nullis demonstratio circularis fieri potest,nisi idem per idem demonstrerur. ¶ Quærũt vtrum demõstratio circularis fieri possit. Pro declaratione vero tituli animaduerte:ꝙ demonstratione circulari fiunt duo processus. Primus qui dicitur conuersus:siue conuertẽdus. Secundus vero:qui conuertens:vel in quẽ conuertitur: nuncupatur. Et hic est duplex:quatenus potest conclusio nũc cum conuersione maioris syllogizare minorem:nunc cũ conuersione minoris syllogizare maiorem: vt secundo priorum dictum est. Est ergo quæstio vtrum vterq; syllogismus sit demonstratiuus. ¶ Et prima facie videt vtrũque demonstrationem esse:Nam Aristoteles secundo libro huius clarissime demonstrationem conuersiuam ponit. Præterea:vt in natura est motus ac circularis operatio sic in anima erit demonstratio circularis. Insuper quod generi competit,speciei non repugnat. At syllogismo, q demonstrationis genus est: competit circularis ostensio. Non ergo demonstrationi repugnat,quæ species est. Iuniores propter has rationes fortasse quatuor modis in demonstrationibus conuersionem fieri posse asserũt. Primo quidem in diuersis generibus scientiæ. Secundo in diuersis generibus causarum:in eodem tñ sciendi genere. Tertio in eodem genere scientiæ:eodemq; causarum genere. Sed in diuersis indiuiduis atq; suppositis. Quarto deniq; in eodem scientiæ genere:eodem genere causæ: atq; eodẽ supposito:sed secundum diuersum modum. ¶ Sed ꝗ alienissima sic hæc a Peripateticorum scholis:ex eo primo patet,quoniam Aris. generatim in demonstrationibus circularem ostensionem exprobrauit:vt Alexander, Themistius,& Philoponus testes sunt. Secundo etiam, quia primum membrum cum secundo concidit. Nam dum altera causarum per alteram demonstratur,altera (vt effectus)altera(quæ demõstrat)vt causa se habet. Tertio:quoniam tertium membrum impossibile videtur:nam cum alterum indiuiduum alterum demonstrat: idem specie erit notius

Com.39. O Quod de circulari demõstratione. P Argumenta ꝓ parte affirmati. Primum. Cap. 16. Secundũ. Tertium. Quæ Iuniores. Q Cõfutatio & primo Secundo. Tertio.

A notius atq; prius:ignotius atq; posterius: & quidem ad nos:siquidem singularia nobis primo nota sint. Quare cū indiuidua illa eiusdem speciei sint:fit vt idē specie ad nos sit pus & posterius notum. Quarto etiam: qm̄ quodam quod in quarto membro addit, friuolum est. Quippe cū de singularibus non sit scientia:nec eadem nec diuersa & sic quod non facit ad scire:nec ad sciendi differentiam facere videtur. Cū igitur indiuiduæ conditiones ad scire nō faciant:nec ad sciendi differentias facere debent. Et ita vapor:vt densus non est diuersum scibile a seipso: vt est rarus. Igitur non plus demonstraṫ per seipsum rarū ad seipsum (vt densum) q̄ hoc est: si hoc est. ¶ Themistius vero asserit in conuersione demonstratiua. Primū processum: qui ab effectu in causam est:esse syllm̄ tantū. Secundū vero, qui est a causa ad effectū: esse proprie demonstrationē ꝑpter quid: vt secūdo huius asserit: & in hoc primo: & in primo physicæ auscultationis, & sic in demōstrationibus circularē ostensionē negat: in syllogismis vero concedit. Quam positionem Alexander, & Philoponus apertissime hic fatentur. ¶ Sed dubitares fortasse: quoniā ab effectu in causam syllogismus est, & cum non dialecticus: nō enim generat opinionem: neq; sophisticus, non enim generat ignorantiam: ergo demr̄atiuus. ¶ Philoponus r̄ndet q̄ est syllogismus coniecturalis, & quidē necessarius, velut ille, hæc mulier lac habet in mamillis: ergo fuit p̄gnās: hic enim syllogismus Signū, quod Aristo. in rhetoricis tecmerium: hoc est insolubile appellat. non tamen est demonstratio, nec dialecticus syllogismus, nec sophisticus: sed demōstratiua cōiectura: per quæ Philoponus innuit syllogismi quatuor spēs esse: demonstrationē: dialecticū sophisticū: & signū: siue coniecturā necessariā. Secūdo dubitares quo modo processus a causa in effectū sit demonstratio. ¶ Dicendū q̄ per effectū demonstratur causa non simpliciter: sed ex cōditione. videlicet si ille effectus in aliā causam reduci nō possit. A causa vero in effectū demonstratio est ꝑpter quid: & per notiora naturæ, nobis vero inuēta per effectū, vt in metheorologicis diximus. ¶ Animaduerte tamen q̄ Themistio primo huius videtur asserere duplicem demonstrationem & ꝑpter quid: & quoniā: quibus Auerroes tertiū genus. videlicet demōstrationem simpliciter addit: ꝑ quæ oportet concedere conuersionem saltem difformem in demonstrationibus. Verū de his hactenus. ¶ Per hęc delentur rationes. Prima quidē: quoniam Aris. non de demonstratione: sed de scientia loquitur: vt postea dicemus. Secūda vero: qm̄ similitudo claudicat. In arte enim multi circuli dantur: non tamen in demonstrationibus. Deletur tertia: qm̄ concedam circularem ostensionē in demonstrationibus: vt demōstratio syllogismus est. non tamē: vt demr̄o. ¶ Ad contradictionem Themistij: pro p̄senti doctrina dicerē: q̄ sicut syllogismus quoniā non est sylls̄ absolute: licet dicaṫ syllogismus quoniā: secundo priorū: & hoc, quia est sylls̄ secundū materiā, sic demonstratio, quia non est absolute demōstratio, sed demonstratio qm̄: siquidē secundū materiā demōstratio est: cū sit ex necessarijs. Ad hoc enim vt aliquid dicaṫ absolute ac simpl'r tale, debet eē tale secundū formā. Qua rōne cōcedi posset sylm̄ ab effectu in cām esse demōstrationē quia, non tamē absolute demonstrationē. Quia licet ex necessarijs sit, non tamē secūdū formā demōstrationis, q̄a non ex primis, notioribus, causis, & cæteris cōstat. ¶ Quare demr̄o quia absolute sylls̄ est tm̄: qm̄ secūdū formā est sylls̄. Non tamē diciṫ simpl'r demonstratio, sed secundū materiā: quia ex necessarijs, veluti nec homo albus secundū dentes: dicitur absolute albus. E

Quarto. Themi. B Cap. 30. cap. 46. cap. 11. Dubō. Solutio Philopo. Syllorum quatuor spēs scd̄m Philop. 2. dubō. Respōsio. C Cap. 7. & cap. 28. Ad argu. pricipalia Ad. 1. Ad. 2. Ad. 3. D Solō contradictionis The. Demr̄o q̄a absolute ē sylls tm̄

¶ Cum autem fieri nequeat ut id aliter sese habeat cuius est absolute scientia, id necessarium est profecto quod demonstratiua sciri scientia potest, atq; ea est demonstratiua scientia quam habemus demonstrationem habendo. Est ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio.

¶ Quoniam autem impossibile est aliter se habere id, cuius ē sciētia simpliciter, necessarium utique erit scibile, id quod secundum demr̄atiuā scientiam est. Demonstratiua autem est, quam habemus in habendo demonstrationē. Ex necessarijs itaque syllogismus est demonstratio. Text. 7.

¶ Cum redarguisset eos, qui nullius demonstrationē dicebant, & eos: qui omnia demonstrabilia esse supponebāt, nunc consequenter, & ordinatim (vt Philoponus exponit) redit in id: quod ab initio incepit. videlicet quid nā sit demonstratiua scientia, Sed quoniā hoc scire non possumus, nisi sciuerimus, quorū est demōstratio, & ex quibus est demonstratio: ideo resumit de his sermonē, & declarat subiectā materiam demonstrationi, & secundū Philoponū procedit a primo ad vltimū sic, Id, cuius, est demōstratio: impossibile est aliter se habere, ergo demonstratio est quid necessariū. Demōstratio est quid necessariū: ergo demonstratio est ex propositionibus necessarijs. Non. n. necessariū ex non necessarijs demonstrari potest. Et sic nō solū simpliciter verorū est demonstratio. sed etiā necessariorū, & ex necessarijs propositionibus, Sic Philoponus ordinauit: & sic legitur secundū ipsum. ¶ Quoniā autem impossibile est aliter se habere, id cuius est scientia simpliciter: id est, quoniā scibile impossibile est aliter se habere, id quod scd̄m demonstratiuam scientiā est scibile: erit necessariū: hoc est demōstratio erit quid necessariū. Nā si scibile: hoc est problema demonstratiuū impossibile est aliter se habere: demonstratio erit quid necessarium, & problema demonstratiuū etiā erit simpliciter necessariū. Deinde argumentatur vlterius, demōstratiua autē est, quā habemus in habendo demonstrationē, hoc est demōstratio est quid necessariū, cuius conclusionē habemus in habendo demonstrationē, itaq; hoc est demōstratio est syllogismus ex propositiōibus necessarijs. ¶ Pōt & aliter legi textus intelligendo per scibile, cuius est scientia simpliciter: vel quod est secūdū demonstratiuā scientiā, conclusionē, quæ in principio est quæstio scientifica: in fine est cōclusio demonstrata. Et tunc lege sic, quoniam autē in cuius est scientia simpliciter, hoc est ipsum simpliciter scibile est impossibile aliter se habere, ipsum scibile, qd' secundū demonstratiuā scientiam est, necessariū est. Est enim definitio necessarij. quod sit id: quod impossibile est aliter se habere: locus enim est a definitione ad definitū, qui locus est necessarius. & optimus: hoc est primū Enthymema. Deinde facit secundū Enthymema, & intelligitur (vt prius) hoc modo, demonstratiua aūt est quā habemus in habēdo demonstrationē: id est demonstratio est quid necessariū: cuius conclusionē habemus in habendo demonstrationem: tunc dat cōclusionē: quā intendit: & inquit. Ex necessarijs ita syllogismus est demōstratio. ¶ Quo vero ad verba attinet, Animaduerte q̄ duplex est necessariū: vt Philoponus asserit. Alterū ex suppositione: vt necessariū est infirmū flebothomari, non enim simpliciter necessariū ē: sed si debet sanari. Alterū simpliciter quod videlicet im-

Cō. 40. F Cōtiuatio Processus Aristo. G H Verborū expositio Necessaria dupl'x

I possibile est aliter se habere: vt solē oriri., cū ergo ait id: quod impossibile est aliter se hr̄e esse necessariū simpl'r necessariū intellexit.

Dubitatio. ⁋Dubitant cōtra id: quod Aris. supponit. s. necessariū nō nisi ex nō necessarijs demonstrari. Qm̄ ex contingētibus aliquando necessariū syllogizat': Nā sequit', cōtingit oē currens esse animal: contingit oēm hominē currere. Ergo necessario omnis homo est animal.

Respon. Iuniorum. Vide in. c. 27. huius. ⁋Iuniores dixerunt necessariū ex nō necessarijs syllogizari posse: nō aūt demr̄ari.

Obiectiones. Ca. 17. & 29. Prima. Secunda. ⁋Sed cōtra adhuc dubitat'. Primo quidē quia primo priorū dicit', ꝙ conclusio debet esse similis alicui propositionum. ergo non pōt conclusio esse necessaria: quin altera ꝓpositionū sit necessaria. Secundo, maior dicit syllogismi non videtur contingens, qm̄ impossibile est aliter se habere.

Quid dicendum. ⁋Quicquid sit, dicendum ex contingentibus: seq necessariū: nō quidē ꝓpter quid: sed K quoniā: vt scd'o priorū dicit' ex falsis syllogizari verū.

⁋Sumendum est igitur ex quibus qualibusue demonstrationis cōficiuntur: Atque primo determinemus, quid de omni, quid per se, quid uniuersaliter dicimus.

Tex. 8. *⁋Accipiendum ergo est ex quibus, & qualibus demonstrationes sunt, Sed primo determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, & quid uniuersaliter.*

Cō. 41. Cōtinuatio. ⁋Cum resumpsisset ꝙ demonstratio sit ex necessarijs ꝓpositionibus, & hoc quia est de necessarijs ꝓblematibus: nunc ordinat se ad ea: quæ dicturus est post hæc, & dicit. ⁋Accipiendū ergo est ex quibus ꝓpōnibus necessarijs & de qualibus ꝓblematibus necessarijs demōstratiōes sunt.

Philopo. ⁋Philoponus per verbū quibus intelligit ex quibus propositionibus: per verbū qualibus intelligit. s. problematibus: vt sit sensus: cū demonstrationes sint ex propositioni L bus necessarijs: & de problematibus necessarijs. Ergo post hæc accipiendū est ex quibus propōnibus necessarijs: & de qualibus ꝓblematibus necessarijs sunt demonstrationes ipse. Nā dicemus demonstrationes esse ex ꝓpositionibus necessarijs: & de ꝓblematibus necessarijs: in quibus prædicatū dicitur de omni subiecto, & per se, & vniuersaliter. Affert tn̄ ordinē. & inquit. Sed primo determinabimus quid dicimus de omni subiecto p̄dicari: & quid p se de subiecto p̄dicari: & quid etiā vniuersaliter de subiecto p̄dicari.

Que cāe intentionis secundū The. Prima. ⁋Huius intētionis (vt ex verbis Themistij colligi pōt) duæ causæ vident', prima quidē: vt abundemus ꝓpōnibus, his enim tribus cognitis & idoneis: & abundi erimus ꝓpositionibus: quibus & de qbus sunt demōstrationes. Et quidē facile: ꝓpōnes poterimus inuenire ad demonstrandū omne ꝓblema demōstratiuū.

2. causa. Secunda vero qm̄ cū demōstrationes sint ex necessarijs propositiōibus & de necessarijs problematibus: & necessariū ipsum multiplex sit nisi ipsum distinxerimus, non poterimus scire M ex quibus ꝓpōnibus: & de qualibus ꝓblematibus demōstrationes sunt.

Cā ordinis. ⁋Ordinis vero causa est: quoniā vniuersaliter p̄dicari intelligi non pōt sine prædicari per se. Prædicari vero p se, minime sine p̄dicari de omni: ergo prius accipiendū est qd' sit prædicatū dici de omni vel de aliquo subto: secūdo qd sit dici p se vel per accn̄s de subo. Et tertio q sit sic vl'r vel non vl'r de subto dici.

Verborū expositio. ⁋Quo vero ad verba attinet: Aris. dicit esse accipiendū ex quibus & qualibus demonstrationes sunt: nō autē dixit ex quot qm̄ necessariū non est secundū numerū p̄dicatorū: ideo nō oportet perquirere ex quot necessarijs demōstratiōes sint. At quia ꝓblema est secundū numerū prædicatorū: ideo primo topicorū Aris. proponit dicere ex quibus & qualibus: & quot sit dialecticus syllogismus. N

⁋Id itaq; de omni dicimus quod non cuidam inest, cuidam non inest, nec interdum competit, interdum non competit, nam si animal omni de homine dicitur, si uerum est hunc dicere hominem, uerum est eum & animal dicere. At si nunc uerum est & alterū dicere, uerum est & alterum dicere. Et si in omni linea punctum inest, similiter.

⁋Et de omni quidem hoc dico, quod utiq; est non in quodam quidem, in quodam autem non. Neque quod aliquando quidem, aliquando uero non. Vt si de omni homine animal, si uerum est quidem hunc dicere hominem, uerum est etiam dicere animal. Et si nunc alterum, & alterum. Et si in omni linea punctum similiter.

⁋Cum ꝓposuisset se velle dicere, quid sit de omni subiecto p̄dicari: & quid per se de omni subiecto p̄dicari, & quid vniuersaliter de omni subiecto p se prædicari: nūc hæc ꝓsequitur: & primo exponit quid sit de omni p̄dicari. Cō. 42. O

⁋Themistius distinguit duplex de omni: Alterū quod in libro de syllo est definitū: qd' Iuniores prioristicū appellant: Alterū qd' hic definitur: quod posterioristicū vocant: & innuit inter hæc hanc dr̄iam: ꝙ de omni prioristicū sit contractū ad materiam de inesse: quoniā de oī prioristicū est: quod non semp: sed aliquando omnibus inesse dicit', & sic de omni prioristicū est, quando p̄dicatū de inesse aliquādo inest omni subiecto. De omni vero posterioristicū est contractū ad materiā necessariā, & hoc super addit illi vniuersalitatē temporis. Qm̄ nō aliquādo prędicatū inest omni subto: sed semper. Themi. Dictū de oī duplex 1. priorū primo. Differētia

⁋Quam differentiam Philoponus etiā assignauit: cū dixit, nā ibi quidē de omni dicebat: quod omni inesse: & si non semper dicatur. Cuius causam assignat Philoponus ex eo, quia ibi non indigebat ipso verbo semper: qm̄ non faciebat sermonē de demonstratiuo syllo: sed simpl'r de syllo, in quo huius solius indigentia est, videlicet ꝙ omnibus subiectis insit prędicatum. Hoc tamen in loco: & verbo omni: & semp indiget: quoniā loquitur de demr̄atiuo syllo. Et sic Philop. cū Themistio eadē differentiā inter hæc assignauit. Philopo. P

⁋Addebamus in inuenta ꝙ sit etiā de omni dialecticū: siue topicū: vtputa qd' ad materiā ꝓbabilem cōtrahit': & hęc requirit vniuersalitatē tēporis: atque subiecti: nō quidē simpliciter: sed secundū opinionē. Amplius quod sit de omni sophisticū: vtputa quod cōtrahitur ad materiā impossibilē: & hoc requirit vniuersalitatē tēporis, atque subiecti: non vere: aut secundū opinionē sed apparenter. De oī topicum. De oī sophisticū.

⁋Nūc vero salua pace Themistij, & Philo. vr̄ mihi esse dicendū ꝙ nō intellexerūt differentiā inter hæc. Præterea dicendum de omni posterioristicū esse: cū prædicatū inest omni subiecto secundū rē: siue consensu sumat' omni subto inesse: siue non sumat'. Vt hō est animal. Nā animal secundū rē inest omni homini: vl'iter: & semper: siue consensu inesse sumatur, siue non sumatur: De omni vero prioristicū est: positione ac cōsensu prædicatū sumitur omni subto inesse: siue insit simpl'r: siue nō insit: modo enim sumat': vt positū omni inesse: dicit' de omni prioristicū. Refutatio expōnis Themi. & Philop. ꝓpa pōi Q

Causa. Causa autem qm̄ sylls non est semper ex veris: sed ex quibusdā positis, vt veris. Demonstratio autē ex veris & necessarijs, q̄ sunt p se vera, & necessaria. De omni aūt dialecticū ē: qn̄ p̄dicatū secundū opinionē inest omni & semp. At de omni sophisticū est: qn̄ p̄dicatū inest omni subiecto & semp. apparenter. Ex quo patet ipsum de omni prioristicū nō esse contractū ad aliquā materiā, vt Themistius, & Philo. dicere

dicere

A dicere videntur:sed ē cōe ad oēm materiā: veluti syll's sim pliciter est communis omni syllō. ☞ Describit ergo Arist. de omni posterioristice:& inquit: & de omni quidē hoc dico:qđ vtiq; sit p̄dicatū non in quodā quidē: in quodā aūt nō. Per quæ dat intelligere vl'itatē subiecti:neq; quod aliq̄n quidē, aliq̄n vero nō:p quæ dat intelligere vl'itatē tēporis:& ponit exemplū:& inqt. Vt si de omni homine animal prædicetur. nā tunc animal de omni homine dicit:cuius cām assignat: & subaudi q̄m si verum est dicere hunc, esse hominē:verū est etiā dicere esse animal: & hoc quo ad vniuersalitatē subiecti. & si nunc alterū verū ē dicere, & alterū etiā verū est dicere. & sic innuit vl'itatē tēporis. Q̄m hō non interdū quidē est animal: interdū vero ñ est animal:sed semp & hō est, & animal. In dormiēdo vero non ita est, quoniā hominē quidē existētē: aliquando
B quidē contingit dormire:aliquando nō: animal autē aut mortale: vl'iter & semp. Et si in omni linea punctū:sil'r hoc est non interdū quidē inest lineæ punctus: interdū autē non inest, sed vl'iter & semper. ☞ Sed circa hæc dubitant. Primo quidē cur reticuit prædicari de nullo: & esse in toto. ☞ Amplius dubitant:quia non bene definit Arist. prædicari de omni per duplicē negationē: quoniā per puras negationes, nihil definitur. ☞ Preterea dubitant̄ p̄termisit loci vl'itatē, cū vl'itas loci necessaria sit ipsi p̄dicari de omni non minus q̄ vniuersalitas tēporis. ☞ Insuper vr̄ q̄ vniuersaliter p̄dicari, & de omni prędicari idē sit: ergo alterū supfluit. ☞ Demū quærūt quæ dr̄ia sit inter p̄dicari de omni:& vniuersalē propōnē. Cū vl'is propositio sit, q̄n nihil est sumere subiecti, de quo nō dicatur p̄dicatū. ☞ Delentur dubōnes & prima quidē: q̄m ꝓpter duas cās p̄ter
C misit prædicari de nullo, primo quidē:quia satis eius definitio colligitur ex definitiōe eius:quod est p̄dicari de omni. Secūdo vero, q̄m solius demōstrationis, potissime cōditiones inquirit:mō omnis talis est affirmatiua. Omisit ēt esse in toto. Primo quidē, q̄m cōcidit cū p̄dicari de omni. Secūdo vero, q̄a hæc sciētia est resolutoria: & resolutio a p̄dicato incipit. Præterea quæcunq; de illo dixit. Primo priorū fuerūt sufficiēter dicta. ☞ Delet̄ etiā. Secūda: q̄m nihil prohibet descriptionē p negationes assignari. Secus ē de definitione. Est aūt assignata hæc descriptio p negationes, q̄m per affirmationes esset falsa:nā sic daret̄, p̄dicatū de omni est q̄n inest in quolibet subiecto, & semp. Modo hoc significaret, q̄ semp subiectū hr̄et plura sub se, & sic lucidū nō diceret̄ de omni sole, & ꝓpterea bene dixit qđ nō in quodā sit:& in quodā non sit, neq; aliq̄n quidē: aliquando non. Nā si animal p̄dicaretur de homine ante mūdi creationē, p̄dicaret̄ de omni:& non semp, cū non esset tēpus. ☞ Tertia quoq; deleret̄, q̄ locus sit magis de conditione indiuidui, q̄ de conditione vl'is. Satis. n. fit, vt p̄dicatū insit omni subiecto, & hoc potius secundū tēpus est, q̄
D secundū locū. ☞ Quarta deletur. q̄m vl'r p̄dicari est de omni p̄dicari, & p se, & primo:at de omni p̄dicari:nō est nisi cū p̄dicatū insit omni subiecto:& semp. Dr̄ia vero inter ꝓpōnē vl'em:& dictū de omni nō est scđm rē: q̄m idem sunt. Differūt autē eo solū, q̄ dictū de omni det intelligere extremitatē minorē sub maiori extremitate accipi, quā acceptionē nō denotat ꝓpositio vniuersalis.

Dubōnes prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Ad.1. Solutio. Cap.pri. Ad.2. Ad.3. Ad.4. Ad.5.

☞ *Atq; huius signum est id quod facimus. Hoc enim pacto solemus inficiationes afferre cum interrogamur de omni, si de aliquo non dicatur, aut si interdum non insit.*

☞ *Signum autem est, namque instantias sic ferimus. Vt de omni interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquando non.*

E ☞ Cum accipisset in descriptione eius qđ est dici de omni demōstratiuū vniuersalitatē subiectorū, & tp̄is: ꝓbat nūc ex instantijs, quæ ferunt̄ contra demonstratiuas ꝓpōnes. Qui. n. stant contra aliquā ꝓpōnē demonstratiuā, nō solum putant redarguere ipsam si ostēdunt non omni subiecto inesse prædicatum: aut non inesse: sed etiā si semp insit, aut nō insit. Vnde (vt Themistius inquit) qui reprę hendere hoc genus volunt, solent alterum ꝓbare, aut q̄ alicui vni non insit, aut q̄ aliquando non insit. Instamus enim contra hanc: omnis homo disputat: vel quia mutus homo non disputat: vel quia dū dormit, non disputat. Sed quot modis aliquid destruitur, tot modis construit̄: igitur si ꝓpter temporis particularitatem dictum de omni destruitur: propter temporis vniuersalitatem construitur. Similiter si subiecti particularitatem destruitur, propter subiecti vniuersalitatem cōstruitur. Igitur vtraq; vniuersalitas necessaria ē. ☞ Animaduerte q̄ ipsi dicto de omni datur duplex contradictoria, aut vna contradictoria habens duas causas veritatis: videlicet hæc, non omnis homo disputat, quæ vera est. Siquidam homo non disputat vt mutus. Si. n. aliquis homo non disputat: sequitur q̄ nō omnis homo disputet. Amplius vera est, si aliquando nō omnis homo disputat, vtputa dū dormit. Sequitur. n. dū dormit, non omnis homo disputat. Ergo non omnis homo disputat. Quare si duabus causis veritatis vera est cōtradictoria, dictum de omni construetur duplici vniuersalitate: inquit. ☞ Signum autem est: nāq; instantias sic ferimus, vt de omni interrogati: aut si in quodam non, aut si aliquando non. In dicto de omni prioristico instamus solum vno modo, videlicet si in quodam non. dicto vero de nullo instamus: si in quodam sic: nulla habita ratione ad tempus. ☞ Vnde Philoponus inquit. Quod ipsum de omni in tale, velut diximus superius. Signum est, q̄ interrogati concedere, demonstratiuis propositionibus: videlicet si omnis homo est animal: omnis homo disserit: instantias proferunt: nō solum quærentes si omni subiecto insit p̄dicatū, sed si etiā omni quidem: sed non semper. Erit. n. manifestum q̄ non insit omni: nisi semper de omni erit subiecto p̄dicatum. hæc de dicto de omni sufficiant.

Cō.43. Themi. F Dicto de oi duplex contradictorio datur. G Philopo.

☞ *Per se autem dicimus ea quæ sunt in ratione quid est dicente, aut triangulo linea, & linea punctum inest. Ex his enim ipsorum substantia constat, & hæc insunt in ratione quid est dicente.*

☞ *Per se autem sunt, quæcunque sunt in eo quod quid est. Vt triangulo linea, & lineæ punctum. Substantia. n. ipsorum ex his est, & in ratione dicenti quid est, insunt.* Text.9.

H ☞ Cum determinasset quid sit de omni, descendit ad ipsum per se. Et secundum Philoponum quatuor assignat ipsius per se significata. Verum aliter Philoponus: aliter Themistius. Primum significatum ipsius p se intelligere videtur. ☞ Philoponus. n. simpliciter Asserit. Primum ipsius p se significatum, quodcunq; de aliquo p̄dicatur in ipo quid est. qđ quidem in definitione illius assumitur. ☞ At Themistius inquit. Primum ipsius p se significatum esse eorum: quæ cum de omni dicantur: in eo qđ sit rei esse de subiecto dicuntur: p quæ dat intelligere ipsum de omni esse veluti genus ipsius primi significati per se, quoniam non omne quod p̄dicatur de omni, prædicatur p se, nā de omni Cigno candidum p̄dicatur, quia & semp, & omni Cigno cādor inest, nō t̄n in eo, qđ sit Cigno esse. Vñ

Cō.44. Phi. de.1. sigñato themi.

I dicit. ☞ Per se aũt sunt.s.pdicata:q̃cunq; cũ dicũtur de omni, sunt in eo, qđ quid ẽ. Cuius exẽpla ponit, & inquit: vt triangulo linea. Est.n. triangulus figura plana tribus lineis contenta & lineæ punctũ. Nã linea est lõgitudo, cuius extrema sunt duo pũcta. Horũ exẽplorũ cãm assignat, & inquit. Substantia.n. ipsorũ.s. trianguli, & lineæ ex his est, scilicet trianguli ex lineis, & lineæ ex pũctis: & in ratione dicente quid est triangulus: & quid est linea, insunt hæc p̃dicata. ☞ Philoponus de definitione lineæ dicit, ꝙ illa definitio non fit ꝓpria, qm̃ in linea non est pũctus vt pars. Propterea ait lineæ definitionẽ esse, ꝙ sit magnitudo in vnũ diuisibilis. Põt tamẽ dici ꝙ licet pũcta non sint partes cõstitutiuæ lineæ: sunt partes definitiuæ, per quas linea definitur, veluti triangulus definitur p lineas. ☞ Dubitant Iuniores, nã in hac propõne, animal est homo: & in illa: Animal rõnale est homo: hõ prædicaẽ de animali, vel de animali rõnali: ideo q̃ritur qualia p̃dicata sint. Præterea in hac, hõ est equus, equus p̃dicaẽ de hoĩe, ideo q̃riẽ qua le prædicatũ sit. ☞ Quidã dixerũt, oẽs has prædicationes esse per se primo mõ reductiue. ☞ Sed hoc videẽ difficile, qm̃ oẽ quod ad aliud reducit: dependet ab eo, in quod reducitur, vt secũdo Phisicæ auscultationis colligiẽ. Modo nec conuersa a conuertẽte. nec contra conuertẽs a conuersa dependet. ☞ Propterea vel dicendũ in nulla illarum duarũ hominẽ esse naturale prædicatũ de animali, sed potius cõtra vel dicendo q̃libet illarũ duarũ esse per se secũdo modo, qm̃ subiectũ est aut prædicati definitio, aut definitionis prædicati pars. ☞ Quærũt rursus quot sunt spẽs prædicatorũ per se secundũ hunc primũ modũ. ☞ Quidã Iuniorũ in hoc primo mõ esse quatuor spẽs, siue gradus. Nã in primo gradu reponũt vniuersam definitionẽ. In secũdo vero partẽ definitionis genus vel speciẽ. In tertio reponũt oẽ magis cõe respectu mĩus cõis: quo gradu ẽs per se primo mõ asserunt p̃dicari de quolibet. In quarto gradu idẽ asserũt esse p̃dicatũ de seipso: vt hõ de homine. ☞ Sed hæc nõ sunt peripatetice dicta qm̃ Aris. vt Themistius & Philoponus exposuerũt ea p̃dicatorũ de omni per se primo significato esse asserit: q̃cunq; in rõne dicente quid ẽ ipsius subiecti insunt. Mõ nec hõ ineſt in rõne sui ipsius: nec ens in rõne alicuius entis. Præterea ens nõ est p̃dicatũ: vt primo topicorũ cõstat, quia nec genus nec definitio: nec accñs nec ꝓpriũ. Iterũ nec hõ est prædicatũ de seipso. Primo: qa hõ sub nulla rõne p̃dicati ipsi homini cõpetit. Secũdo qa (vt Philoponus inqt). Prædicatũ semper vult esse aliq̃ ex parte diuersum a subto. ☞ Quare dicẽdũ: ꝙ in primo significato verbi per se sola ea intelliguñ: q̃ cũ p̃dicenẽ de omni: insunt in rõne definitiua subti, dico in rõne definitiua: qa si inessent in rõne descriptiua subiecti. nõ ob id essent p se p̃dicata in primo signãto, & sic definitio: & definitiõis ptes sola p̃dicata sunt per se hoc mõ. Hactenus de primo significato verbi per se.

Que Phi. de definitiõe lineæ. — *Dub. iuniorum.* — K — *Respõ. aliquorum.* — *Quæ rũ.* — *Propria respon.* — *Alia dub. Respon.* — L — *cõfutatio* — *Cap. 4.* — *Propria respon.* — M

☞ *Et item ea quorum in ratione quæ quid est patefacit, ea ipsa sunt quibus insunt.*

☞ *Et quibuscunq; eorum, quæ insunt ipsis, ea in ratione insunt, quid est declarante.*

Cõ. 45. Expõ Themi. ☞ Cũ accipisset primũ significatũ verbi p se: hic assignat secundũ. Et vult (vt Themistius exponit) ꝙ ea accidentia in quorũ rõne qđ est declarante subiecta insunt, hæc p se his subiectis inesse dicuntur. Per quæ dat intelligere accñtia de ꝓprijs subiectis p quæ definiuntur: per se p̃dicari secũdo mõ verbi per se: Albũ.n. hac significati rõne per se de homine nõ p̃dicaẽ. qm̃ homo non collocatur in rõne dicente quid est albũ. Simitudo vero hic significati rõne per se naso ineſt, quia definitio simitudinis nasi cauitas ẽ.

N

Philopo. ☞ Sciẽdum vero (vt Philoponus animaduertit) verba Aristo. hẽ quandam obscuritatẽ ꝓpter verbũ illud ipsis. Tamẽ inquit. ☞ Et quibuscunq; eorũ: quæ per accidẽs aliquibus insunt: ea in rõne insunt quid est declarante: hoc ẽ ea subta, quibus insunt accidẽtia: in ratione assumunẽ accidẽtiũ declarante qđ est: vt totũ sit tale: & hæc dico p̃ se: q̃ habẽt suũ eẽ in alijs, quorũ in definitionibus subta ipsorũ assumuntur. Et dixit. In rõne insunt, quid ẽ declarãte: qa si ponerẽtur in descriptione ex accñtibus collecta, quę nõ declarat quid est: non inessent p se hoc modo.

O

☞ *Quo pacto lineæ quidem rectum & curuum inest, numero uero par atq; impar, primum atq; compositũ, figura deniq; laterum æqualium ac altera parte longior. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest. Quæ igitur aut illo, aut hoc insunt modo, per se cuiq; competere dico.*

☞ *Veluti rectum & curuum insunt lineæ. & par & impar numero. Et primum & compositum. Et isopleurum, & altera parte longius, & omnibus his insunt in ratione quid est dicente. Illinc quidem linea, hinc uero numerus. Similiter autem & in alijs huiusmodi unicuiq; per se esse dico.*

☞ Quæ dixerat de secundo significato verbi per se: nunc quatuor exemplis exponit. Prima duo apud Expositores grẹcos non sunt difficilia, quoniã illa concorditer exponunt. Vnde dicit. ☞ Veluti rectũ: & curuũ insunt lineę: subaudi hoc secundo modo per se: quoniam in definitione recti linea ponitur: est enim rectum linea: cuius mediũ nõ discrepat ab extremis. In definitione etiam curui linea collocatur: est enim curuũ linea, cuius medium discrepat ab extremis. Et par & impar hoc modo per se insunt numero: quoniam numerus ponitur in definitione eorum. Nã impar est numerus in partes inẹquales diductus. Par vero numerus in partes æquales diductus. Hæc ergo duo exempla perspicua sunt affert tertium: & inquit. Et primum & compositum subaudi eodem modo per se numero insunt: quoniam in definitione cuiusq; horum numerus ponitur. ☞ Intelligit autem Alexander per primum numerum, non primum secundũ se: sed primum ad aliud: vtputa, qui a sola vnitate mensuratur: vt quinarius: septenarius. xi. 17. Neq; enim a duitate: neq; ab vllo alio modo hi mensurantur. Sed a sola vnitate ipsa. Compositos vero eos esse asserit, qui ex vnitate & alio quodam numero: aut numerus mensurantur. Vt senarius: etenim a duitate: & trinitate, & vnitate: mensuratur. 9. etiam vnitate, & ternario. 12. vero vnitate: binarijs: ternarijs, & quaternarijs. Quare per primum numerum Alexander intelligit qui sola vnitate mensurari potest. Per compositum vero, qui vnitate & alio vel alijs numeris. ☞ Sed contra Alexandrum obijcit Philoponus quoniam Aris. nõ pluraliter dixit primos numeros: sed singulariter primum & compositum. Et sic per primum intelligit Philoponus primum simpliciter: p compositum vero eũ: qui ex primo simplr̃ componiẽ. ☞ Põt autẽ Alexander defendi: qm̃ primũ accipitur indefinite: & sic pluraliter intelligi potest. vt homo currit: ẽ vera: si plures homines currunt. Hæc de tertio exemplo, deinde affert quartum: & inquit. Et Isopleurum: hoc est æquilaterum: & altera parte longius: hoc est gradatum. ☞ Et Alexander intelligit in figuris. Est enim figura triãgula quædam æquilatera, quædam gradata

Cõ. 46. — P — Expõ. Alexan. — Q — Phi. cõtra Alexan. — Defensio p Alex. — Alex. de 4. exẽplo Que ebi

data

A data: cuius altera pars lõgior est. ¶ Quæ expositio (vt Philoponus inquit) videtur verisimilis. tamen aliter exponit: & vult Aris. hæc in numeris intelligere, est enim æquilaterus numerus. vt. 9. qm̃ externario in seipso ducto factus est. Altera vero parte longiores dicimus eos: qui ex inæqualibus numeris multiplicatis resultant: vt puta. 15. nã cõponitur ex quinario ducto in ternariũ. Quod aũt nõ in figuris hæc: sed in numeris acceperit: declarauit ex his: quæ subscribit: & inquit. Et pro nam, quasi dicat, nã omnibus ipsis insunt in rõne quid est declarante: hinc quidẽ linea, hinc vero punctus. Hoc est in definitione omniũ eorũ: quę dicta sunt: insunt subiecta ipsis: hic quidẽ linea hoc est in recto & curuo linea. In alijs vero numerus. & sic ęq Quõ posfit defendi Alexan. laterũ, & altera parte longius non in figuris: sed in numeris accepit: Hæc Philopo. ¶ Si quis autẽ vellet: posset de B fendere Alexandrũ: & dicere: ꝙ in definitione omniũ eorũ: quæ dicta sunt, ponitur aut linea. aut numerus. Linea quidẽ in definitione curui & recti. Isopleuri & altera parte longioris. Est. n. Isopleurus triangulus æqualibus lineis contentus. Altera parte longior est triangulus altera linea inequali. Et sic in definitione curui & recti linea ponitur: vt genus, in definitione Isopleuri & altera parte longioris linea ponitur: vt differentia. In definitione vero paris & imparis primi & cõpositi ponitur numerus. Addit & non solũ hæc quæ insunt numero & lineæ sunt prædicata per se secũdo modo, sed siħ in alijs huiusmodi per se esse dico vnicuiq; subiecto, quod ponitur in eorum definitionibus. Et sic potest Alexander defendi. ¶ Quærunt Dubitatio Respon. Iuniorum quot sunt gradus: siue species huius secundi modi. ¶ Respondent Iuniores ꝙ aliqua prædicata reponũtur in hoc modo directe: aliqua per reductionẽ: quæ directe reponũtur: sunt vel quæ fluunt ex principijs speciei: vt risibile, & C disciplinabile ex principijs hominis, vel quæ fluunt ex principijs indiuidui: vt Simum ex principijs huius vel illius hominis. Per reductionem vero asserunt quatuor rẽ Refutatio supra cõ. 14. Propria respon. poni in hoc secundo modo. ¶ Sed videtur ꝙ per reductionem nihil reponatur in hoc modo, qm̃ nihil reducitur ad aliud: quod non dependet ab illo: vt superius dictum est. ¶ Propterea dicendum: ꝙ prædicata secundi modi quædam sunt naturalia. In quorum definitionibus ponuntur subiecta vt homo est risibilis: vel nasus est simus: quædam sunt prædicata non naturalia. In quorum definitionibus ponuntur subiecta: vt animal est homo: & substantia est animal. Homo. n. de animali: & animal de sub Corrollarium. stantia innaturaliter prædicantur, & subiecta ponuntur in definitionibus prædicatorum. ¶ Ex his sequitur ꝙ nõ D oportet prædicata secundum hunc modum esse de omni vt ex verbis Themistij colligitur. satis enim est: vt subiectum ponatur in definitione prædicati, nec aliud requiritur secundum Themistium: & Philoponum.

¶ Quæ uero neutro modo competunt accidentia quemadmodum competit animali musicum aut album.

¶ Quæcunq; uero neutro modo insunt, accidentia sunt. Vt musicum aut album animali.

Cõ. 47. Expositio The. ¶ Themistius videtur verba hæc referre ad tertium modũ: siue significatum verbi per se. Dicit. n. tertia forma eorum quæ per se adsunt: pertinent ad accñtia, quæ ita subiectis suis insunt, vt non alijs prius. qũo superficiei color & musicũ animali. Propterea cõcludit Themistius, ea igitur q̃ tribus his modis de aliquo afferũtur per se afferri dicuntur. Hæc Themistius. per quæ dat intelligere Aris. hic attulisse tertiam formam prædicatorum per se: & nõ (vt E alij dixerũt) ꝑdicatorũ per accidẽs. Præterea dat intelligere hanc formã esse, qñ aliquod accidẽs inest alicui subito: Error aliquorum. non mediante aliquo subiecto priori. Hac rõne color superficiei per se inest: quoniã primo & immediate ei inest. Consonant huic expositioni: q̃ Aris. inqt. 5. metaphysicæ. & Auer. ibidẽ. Vnde Arist. inqt, & alio modo illud, in quo Com. 23. est aliquid primo naturaliter, vt color in superficie. Auer. vero inquit, & dicit̃ per se etiã de prædicabilibus de subiecto ꝓpter naturã subiecti sine aliquo mediãte, sicut dicimus ꝙ superficies est alba per se: idest primo: & sine medio. Corpus. n. nõ est album: nisi per superficiẽ. Quod autẽ textui non dissonet, patet si sic legatur. ¶ Quæcunq; vero neutro modo insunt, hoc est nec primo, nec secundo modo, & subaudi immediate, accñtia sunt per se prędicata: vt musicũ & albũ animali. Musicũ. n. immediate anima F li inest secundũ animã. Albũ vero immediate secũdũ superficiẽ. ¶ Et si dices Themi. velle oẽ per se esse de omni. Obiectio. ¶ Dicendũ illud solũ esse verũ de primo significato verbi Solutio. per se. ¶ Philoponus vero hæc accidentia esse asserit: cuius Expõ Philop. expositioni hærent Auer. & alij Iuniores, hæc. n. expõ facilius Aris. verbis accõmodatur: est enim illa Themistij pa Prima dubitatio. rũ violenta, vt patet legenti. ¶ Quærit Philoponus, & qdẽ non iniuria, nunquid ea accidentia, quæ non separan Philopo. Respon. tur, per se inesse dicant̃, his subiectis, e quibus non separãtur. Vt nigrũ coruo. ¶ Respondet: & quidẽ satis admodũ probe, ꝙ nullo pacto, quoniã Aristo. determinauit ea accidentia per se esse in subiectis in quorũ definitionibus subiecta ponunt̃, siue sint separabilia, siue nõ. ¶ Vlterius 2. dubiũ. quærit nunquid sit aliqua regula eorum accidentiũ inseparabiliũ quæ per se insunt? ¶ Iterũ respondet ꝙ sic: nam Respon. G ea accidẽtia recipiũt subiecta in eorum definitionibus, q̃ illis inesse per eorũ naturam determinantur. vt simum & risibile. Simũ. n. in naso natura determinatur. risibile vero in homine: quę vero in subiecto natura non determinant̃, vt calidũ in Cigno: licet esset inseparabile, subiectũ tamẽ non recipit. ¶ Sed quæres vtrum omne prædicatũ per se, insit subiecto necessario. ¶ Tenent Græci Aristotelis inter Alia dubi. Respon. prætes ꝙ non omne. Nam simum per se naso inest, nec tamen necessario, nec de omni naso prędicatur. Hæc de accidentibus. ¶ Animaduerte tamẽ, Themistiũ voluisse Notabile. primum significatum verbi per se esse eorũ quæ per se prædicantur: secundum vero, & tertium esse eorum, per se subiectis insunt. ¶ At Philoponus asserit primum significatum verbi per se esse eorum quæ per se de subiectis H prædicantur. Secundum vero eorum, quæ per se subiectis insunt. At tertium nec eorum quæ per se prædicant̃, nec per se insunt, sed eorum quæ accidunt.

¶ Præterea id per se dicimus quod non de subiecto alio dicitur ullo. Ambulans enim aliquid aliud est, quod ambulans est atq; album. At substantia & quæcunq; hoc aliquid significant. Nõ sunt aliud quã id quod sunt.

¶ Amplius q. non de subiecto dicitur alio quodam. Vt ambulare, alterum quid existens ambulans est, & album. substantia autem et quæcunq; hoc aliquid significant, non alterum quid existentia sũt, quod quidem sunt.

¶ Secundũ. Themistiũ hic ponitur quartũ significatũ vbi Com. 48. Expositio Themi. ꝑ se: & est scdm Themi. nõ in his q̃ de alio prędicantur vt fuerunt prędicata primi modi: neq; in his q̃ alteri per se insunt: vt fuerunt accidentia per se, quæ insunt subiectis secundo: & tertio modo, sed (vt Themistius inquit). In his

I sunt: quæ neq; per aliud sunt: vt secundæ substantiæ: quę sunt per primas: neq; in alio continenť: vt sunt accidētia: quæ in alio continenť. Et hoc pacto sola indiuidua substantiæ per se sunt secundū hūc modū: vt Callias: & Socrates: per quæ Themistius dat intelligere primū modum esse eorū: quæ per se prædicantur: secundū vero & tertiū esse eorū: quæ per se insunt. Hūc autē quartū esse eorum: quæ per se subijciuntur. Quare secundū Themistiū per se subiectū est: quādo nec de subiecto alio diciť: nec in subiecto alio est: vt primæ ipsæ substantię. ¶ At (vt ex Philoponi verbis excipitur) tertiū significatū est eorū: quæ per se subsistunt: aut existūt. vt primæ substantiæ: q̄ nec p̄ subiecta subsistunt: nec in subiectis existunt. Et sic nec secūdæ substantiæ: nec accn̄tia per se sunt hoc pacto. Nā secūdæ substantiæ per primas subsistunt: destructis enim primis substantijs: secundæ etiā tolluť. Accidētia vero in subiectis sunt. In construendo vero verba Aris. Philopo. innuit aliam expositionē: nā velle vr̄ hoc significatū verbi per esse eorū quæ non in subiecto sunt. Et sic tā primæ q̄ secūdę sub̄æ erunt per se hoc modo. Sola.n. accidentia, q̄ subiectis insunt, excluduť. Vnde sic legit. ¶ Amplius quod nō de subiecto diciť alio quodā. Hoc est ea voco p̄ se tertio, quæ non in subiectis insunt alijs quibusdā. Vt enim Philoponus exponit Aris. per non de subiecto dici, intelligit non in subiecto esse, cuius exemplū affert, vt ambulare, quod in subiecto est, non per se dico. Cuius cām affert, & inquit, nā subaudi. Alterū qd exn̄s: videlicet Callias existens alterū quid, quoniam non in alio, ambulans est, & albū. Et sic ambulare & albū non per se hoc mō sunt, qm̄ in alio sunt. At substantia. s. secūda vt homo vel animal, & sub̄æ primæ quæcunq; hoc aliqd significant, nō alterū qd existētia, hoc est p̄ subiecta in qbus sunt, sunt quod quidē sunt. s. per se. Ergo secundū hāc expōnē tam secundæ q̄ primæ substantiæ sunt per se hoc modo. Et sic Philoponus duas expositiones innuit.

Philopo.

K

In p̄dicamētis. c. d̄ substātia.

L

¶ Ea igitur quæ de subiecto non dicuntur per se, ea uero quæ de subiecto dicuntur, accidentia dico.

¶ Quæ quidem igitur non de subiecto, per se dico, quæ uero de subiecto, accidentia.

Com. 49. ¶ Epilogat hunc modum, & quia qd' est per se, habet suū per accidēs sibi correspondēs, ideo epilogando addit qd dicatur per accn̄s secundū hunc modū. Et secundū Philoponū lege sic. ¶ Quæ quidē igitur non de subiecto dicūtur. Hoc est quæ quidē igitur non in subiecto sunt, per se dico tertio modo. Sumpsit.n. dici de subiecto pro esse in subiecto, vt Philoponus exponit. Hæc quo ad epilogū. Deinde exponit, q̄ per accn̄s dicanť, & inqt. Quę vero de sub̄to, hoc est q̄ vero in subiecto sunt, dico supple accn̄tia secundū hunc modū. Secūdū vero expōnē Themistij aliter legenda sunt verba. Dicit.n. q̄ quidē igitur non de subiecto subaudi nec in subiecto sunt per se dico hoc tertio modo, quæ vero de sub̄to vel in sub̄to, accn̄tia dico secūdū hunc modū. Hæc scdm Themistiū. ¶ Quęrūt Iuniores an modus iste sit p̄dicatorū: Sed ego qōnē hanc admiror, nullus.n. vterū qōnē hanc olfecit, nec Aristo. somniauit. ¶ Vnde Themi. hoc significatum verbi per se: subiectū per se velle vr̄. ¶ Philoponus vero & Auer. existens per se. ¶ Quo vero ad verba attinet, dixit. Substantia autē & quæcunq; hoc aliquid significant. Secundū alteram Philoponi expōnem: intelligens per substantiā, secūdam substantiā: per quæcunq; hoc aliquid significat, substantias

Expō Philopo.

M

Themi.

Dubium. Solutio Philopo. & Auer.

Verborū expō.

N primas: nā vtraq; substantia per se hoc modo dicitur. Secundum vero Themisti. intelligitur sic: substātia autem. s. quæcunq; hoc aliquid significant: per se sunt hoc pacto: ita vt secundum sit expositio primi. quia secundum Themi. solæ primæ substantiæ sunt per se hoc modo.

¶ Insuper alio modo id quidem per se dicimus quod unicuiq; cōpetit ob ipsum. id autem quod hanc conditionem egreditur, accidens. Veluti si ambulante quopiam corruscauerit, id accidens dicimus, Non enim ob idipsum corruscauerit quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse. At cum iugularetur quispiam mortē obierit iugulationeue, id per se dicimus, Ob idipsum enim quia iugulabatur mortuus est, sed non accidit eum cum iugularetur mortem oppetijsse. ¶ Adhuc autem alio modo, quod quidem propter ipsum inest unicuiq;, per se dico, quod autem non propter ipsum, accidens. Vt si ambulante corruscauit. Accidens est, non.n. propter ambulationē corruscauit. sed accidēs dicimus hoc. Si uero propter ipsum, per se. Vt si aliquid interfectum interijt & secundum interfectionem, quoniam propter id quod interfectum est interijt. Sed non q̄ accidat interfectum interire.

O

¶ Recentiores hoc vltimum significatum verbi per se etiā prædicatorum esse aiunt. Dicunt enim q̄ quando prædicatum de eo subiecto prædicatur, In quo eius per se causa continetur, per se prædicatum hoc quarto modo dicatur. Vt ædificator ædificat. Iugulatus moritur. In subiectis enim prædicatorum causæ habentur. ¶ Themistius vero, Philoponus, & alij non ad prædicata. Sed ad causa hoc significatum referendum esse arbitrantur. ¶ Præterea illud prædicatum, ædificat, per se prædicatur de ædificatore secundo modo per se. nam cum subiectum sit per se causa prædicati, est pars definitionis illius. Propterea dicamus q̄ triplex causa sit, quædam mere per accidens. Veluti illa, quæ sui natura nullius est causa, vt musica per accidens dicitur ædificationis. Quædam vero causa per accidens dicitur, q̄ præter intentionem causa sit, vt fodiēs inuentionis Thesauri, & ambulans corruscationis, nec enim fodiens Thesaurum inuenire intendebat, nec ambulans corruscationem, sed præter intentionem casu aut fortuna hæc accidunt. Quædam deniq; causa per se est, quæ nec ex accidenti, nec fortuna causa est (vt Themistius inquit) vt iugulatio per se causa, qua Socrates moritur, esse uidetur, non enim ob iugulationem id casu euenisse dicimus, sed quia iugulatio illa per se causa interitus est. cū neq; ex accidētī: neque fortuna causa interitus sit. ¶ Auer. autem velle videtur significatum hoc referendum esse ad euentum per se, & ita non causæ, sed effectus per se hoc significatum esse censet: ita: vt illud per se euenire dicatur, q̄ nec fortunæ sine casu, nec ex accidenti eueniat. Cuius expositioni Grossatesta assentit, nec videtur hæc expositio verbis Aristote. dissona, nam qui per se causam definit, effectum ac euentum per se, etiam definire videtur. ¶ Ex his apparet modum hunc non esse prædicatorum vt Iuniores putant. Nec argumentum eorum valet: dum argumentantur hunc esse modum inhærendi: & inhærentia notat habitudinem prędicati ad subiectum. quoniam falsum est quod sumunt. non enim hic modus inhærendi est: sed modus vel causæ: vel euenti: aut effectus, qui euenit a causa. Vnde Aristo. inquit. ¶ Adhuc autē alio modo: quod quidē p̄pter ipsum inest vnicuique p̄ se dico: hoc ē neque ex accidētī: neque fortuna. qd'

Com. 50. expō modernorum

Expositio Themi. & Philopo.

Causa triplex.

P

Expositio Auerr.

Q

Liconiensis Cōtra expositionē Moder.

A na, qđ aūt nō ꝓpter ipsum: subaudi dico accidēs: hoc est, cām per accñs. & ponit exempla: & inquit. Vt si ambulante corruscauit: accidens est. Hoc est ambulatio ipsa cā per accidens est. Vel secundū expositionē Auer. corruscatio ipsa accñs est: hæc est euentus per accidens: cām affert: & inquit. Dico subaudi ambulationē esse causam p accidens: quia non ꝓpter ambulationē corruscauit: sed ambulationē dicimus accidens hoc est accidentalē cām esse coruscationis: & pōt referri ad effectū. Et tūc lege sic. Subaudi dico corruscationē esse per accñs euentū: quia non pp ambulationē corruscauit: sed hoc. s. corruscare accidens dicimus hoc est euentū per accñs. Hæc de cā: vel effectu p accñs. Deinde quid intelligat per cām per se: exponit: & inquit. Sin aūt ꝓpter ipsum subaudi esse dicit: per se. s. cām dico: vel per se euentū dico: vtroq; .n. modo legi potest

B textus. Vt si aliquid interfectū interijt: & scđm interfectionē: interfectio subaudi per se cā est interitus, qm̄ ꝓpter id quod interfectū est: interijt: sed non q accidat interfectū

Verborū expō. interire. ☞ Quo vero ad verba attinet, dicit & secundū interfectionē (vt Philoponus animaduertit) qm̄ cōtingit nō iugulatū interire, & iugulatū interire. Et intelligo q cōtingat subiectū iugulationis interire ꝓpter iugulationē: & nō ꝓpter iugulationē: qm̄ subiectū iugulationis contingit interire casu vel fortuna: & sic nō ꝓpter iugulationē: & cōtingit interire ꝓpter iugulationē. Aristoteles ergo animaduertens ad subiectū iugulationis: q pōt iugulatione & non iugulatione interire: adiecit ꝓpter iugulationē sine

Dubiū. 1. Cōm. 24 Que iuniores. interfectionē vel (vt Philop. innuit) iugulatio nō semper cā mortis est. nisi sit letalis. Pōt. n. iugulatio esse cā mortis, cū est completa. cū vero est imperfecta, non est letalis. Propterea addit & pp interfectionē: scilicet completā. ☞ Quærunt vtrū numerus significatorū verbi per se. sit pro nu-

C mero causarū. Et prima facie apparet ita esse. Vt Aristo. & Auer. 5. metaphy. dicentes per se esse æquale causæ. ☞ Quā partē Iuniores affirmāt asserentes. Primū significatū explicare formalem causam. Secundū causam materialē. Tertium explicare causam agentem. Quartū finalem

The. & Alii. causam. ☞ Themistius vero Alexander: Philoponus & Auer. dixerūt: Primū significatum verbi per se: esse prædicatorū. Secūdum accidentiū: quæ: per se insunt. Tertium eorū: quæ existunt: vel subijciuntur. Quartum deniq; causæ: & quoniā quatuor sunt causæ, ideo quartū significatū quatuor habet species pro numero: videlicet causarū.

2. dubiū. Solutio aliquorū. Cōfutatio & primo. ☞ Secundo quærunt vtrū tantū quatuor sint significata verbi per se. ☞ Quidam arbitrantur esse tantum quatuor: quoniam Aristo. quatuor tantū verbi per se significata

D enumerauit, & non plura. Sed hæc positio stare non potest.

Secundo. Cap. viti. Tertio. Quarto. tex. cō. 23 Alia solo. Cōfutatio Primo quia Themistius enumerauit quinq;. Secundo qm̄ Arist. secundo libro de interpretatione asserit bonū esse per se bonū. Vbi patet bonū nō esse per se bonū aliquorū horū modorū. Insuper Aristo. infra asserit lignum esse per se albū. Contra vero albū per accidens esse lignū. Præterea. 5. metaphy. Arist. adhuc plura significata verbi per se addit. ☞ Alij dixerūt esse differentiā inter per se: & secundum se. Nā lignū secundū se est albū, & bonū secūdū se est bonū. At per se non nisi quatuor modis dicit. Se-

Propria solutio. cundū se vero: pluribus. ☞ Quæ expositio imperita ē. quoniā apud Aristo. idē est per se: & secundū se. Græce. n. Cathauta dicuntur: modo latine est & per se, & secundū se. ☞ Quare credendū est non tm̄ quatuor: vel quinq; esse significata verbi per se. Sed longe plura: enumerauit autē

hæc quatuor: vel quinq;, vt exempla: nec pro necessitate, quoniā duo tantū sunt necessaria vt postea dicemus. E

quod est habere tres vniuersaliter inest triangulo: Primo quia triangulo remoto nulli eius speciei competit. Secundo, quia eo posito: ponetur: & ꝑ hoc differt a figura. Tertio: quia licet remota figura, remoueatur: & positis omnibus speciebus ponatur: hoc non est immediate: qa positis spẽbus: poniẽ illud, sed non primo: sed pro quanto ad illas sequiẽ triangulũ esse. Similr̃ negata figura: nõ erit illud: sed nõ primo, qa oportet vt negeẽ triangulus. ergo vl̃e ꝑdicatũ est qñ illo remoto: remoueẽ: & eo posito, ponitur: & ipso siue ꝓposito siue remoto immediate poniẽ vel remouetur, hac ratione trimembrem qõnem proposuit. Deinde soluit qõnem: & primo respondet ad secundũ membrũ, & inquit. Dico subaudi ꝙ inest alicui secundũ ꝙ ipm primũ, quando remotis inest primo: hoc est quando remotis speciebus, quod inest omni. Primo inest. Vt ablatis Isocheles & æneo: triangulo insunt duo recti. Quare triãgulo primo inest, inest dico primo ipsi triangulo. Sed ipso æneum esse remoto: & ipso Isochele remoto. Deinde quærit tertiũ membrũ. An videlicet ipso posito & remoto immediate, remoueatur vel ponatur: & lege non interrogatiue pro ne, vel an: hoc modo. Sed an figura, aut ipso termino vel terminis claudi remoto, remoueatur ipm habere tres, innuit solutionẽ quasi dicẽs, dico ꝙ remota figura: illud remouetur, non tñ illis primis: & immediate remotis: Nam (vt Themistius suppleuit) si possibile esset illis ablatis: remanere triangulum: adhuc remaneret ipso hr̃e tres: Nã ablatis illis, ꝑ tanto aufertur hr̃e tres pro quãto auferẽ triangulus: deinde iterũ quærit primũ membrũ, & dicit. Quo igitur primo. s. affectio illa aufertur: nõ r̃ndet: sed vult solutionẽ esse subaudiendã, videlicet ꝙ triangulo ablato primo, affectio illa auferaẽ. Concludit tñ ex solutione subaudita solutionẽ totius qõnis: & inquit. Si itaque triangulo ablato affectio illa auferatur, Tũc sequiẽ ꝙ illa affectio & secundũ hoc. s. hunc triangulũ inest alijs, & huius trianguli vl̃is erit demr̃o. ¶ Ex his patet qđ sit subiectũ vl̃e: & qđ ꝑdicatũ vl̃e, est. n. subm̃ vl̃e, quo posito poniẽ: & quo remoto remoueẽ primo & immediate. Dico quo posito ponitur, ꝓpter genus: nõ. n. figura ẽ primũ subiectũ: qm̃ nõ ea posita ponitur affectio illa. Dico & quo remoto remouetur, qm̃ spẽs triãguli nõ est subm̃ primũ, non. n. specie remota: passio illa remouetur. Dico primo & immediate: qm̃ nec oẽs species simul iũctę sunt subiectũ primũ non. n. ipsis positis affectio illa immediate poniẽ, sed pro quanto ad eas positas sequitur triangulũ esse: & eis remotis remoueẽ triangulus. ¶ Sed dices fortasse: si ita esset (vt Arist. inquit.) Tunc vl̃e nõ esset nisi ꝑdicatũ secundi modi. Affectio. n. vl̃is non ꝑdicaẽ nisi de suo subiecto secũdo modo ꝑ se. Et sic hæc nõ essent vl̃ia, videlicet animal, animal rõnale: & omnino neq; genus de spẽ, neq; dr̃ia de spẽ: nec definitio de definito. ¶ Themistius (vt superius diximus) cõcedit totũ, asserit. n. vl̃e ꝑdic[atũ] esse solũ illud: quod secundo modo prædicatur: & sic nec genus: nec dr̃ia, nec definitio de specie prædicaẽ vl̃r. ¶ Auerroes vero distinguit duplex ꝑdicatũ vl̃e. Alterũ quod ꝑdicatur tm̃: & nõ inhęret subiecto. Et sic ꝑdicata primi modi pñt dici vl̃ia, modo immediate prædicentur, vt animal de homine: qa ꝑ se prædicatur: & non ꝑ mediũ. Alterum quod prædicatur & inheret: hoc est prædicatũ secũdi modi: & de hoc posuit Arist. regulã. Et hoc appellat Philoponus Simptoma. Quare dicere possumus Arist. descripsisse affectionem: quæ vniuersaliter inhęret. Superius autem:

N

O

P

Q

Dubiũ

Respõsio Themis.

Auerro.


Duplex ꝑdicatum.

A tem: prædicatum: quod vniuersaliter prædicatur: & sic cõcedo nullum prædicatum primi modi esse vniuersalem affectionem: vt Arist. hic loquitur: licet possit dici vniuersale prædicatum. Hæc de vniuersali.

¶ Si igitur demonstratiua scientia, ex principijs est necessarijs. Quod enim quispiam scit id fieri nequit, ut aliter sese habeat. Ea uero quæ per se rebus insunt, necessario cõpetunt. Nam quædã insunt in eorũ, quibus competit rõne, quædam in sua res eas habent, de quibus dicuntur. quorum alterum oppositorum insit necesse est, patet ex talibus quibusdam ratiocinationem constare, Omne namq; quod inest, aut hoc pacto aut per accidens competit, accidentia uero non sunt necessaria.

Tex. 15. *¶ Si igitur est demonstratiua scientia ex necessarijs principiis, quod enim scitur impossibile est aliter se habere. quæ autem per*
B *se sunt, necessario insunt rebus. Hæc enim insunt in eo q̃d quid est, quibusdam hæc insunt in eo quod quid est prædicantibus de ipsis, quorum alterum oppositorum necesse est inesse. Manifestũ igitur q. ex talibus quibusdam utique fit demonstratiuus syllogismus. Omne enim aut sit inest, aut secundum accidens. Accidentia autem necessaria non sunt.*

Com. 64. Cõtinuatio. ¶ Cum declarasset quid vniuersale sit: & quid per se: & quid de omni. Nunc (vt Philoponus inquit) descẽdit ad docendũ, quæ nã sint necessariæ ꝓpositiones: ex quibus demõstratiua ꝓblemata syllogizabamus. Et ponit secundũ Philoponũ hanc cõcl'õnẽ demõstrationes sunt ex his: quæ sunt per se. Verũ circa modũ procedendi Arist. ali- (Themi. Syll's tex.) ter Philoponus, Aliter Themistius exponit. ¶ Themistius n. syllm textus Categorice cõponit hoc pacto. Demõstratiua sciẽtia ex principia necessarijs: & quæ non põt aliter
C esse: est. Quæ sunt per se: necessaria sunt. Igitur ex his quæ sunt per se demõstratiua sciẽtia est inquit. ¶ Si igit̃ est demõstratiua sciẽtia ex necessarijs principijs: quæ impo̾le est aliter se hr̃e, hæc est minor. Quæ vero per se sunt necessario insunt rebus. Aliqua quidem n. in ipso quod q̃d est insunt: vt p̃dicata primi alia in ipso quod quidẽ insunt p̃dicantibus de ip̃s: vt prædicata secundi modi: quorũ alterũ aut oppositũ necesse est inesse: vt diximus supra. Hæc est (Cauillus contra Aristo.) maior. dat cõcl'õne dicẽs. Manifestũ q ex his q̃busdã vtiq; erit demr̃atiuus syll's. ¶ Hãc rõnẽ aliq cauillant̃: & comparant huic: si animalium corpora ex siccis & humidis constant, Cibus & potus siccũ & humidum est. Ergo ex cibo & potu cor-
D pora animalium constant. Hãc q̃õnẽ cõtra Aristo. Themistius facit hic. ¶ Respondet ipse dicens. Sed vir sapientissime non probasti so- (Cap. 14.) la cibum & potum esse humida siccaue. Aristo. vero so- (Solutio Themi.) la ea esse necessaria primum ostendit: & sic vult Themistius syllogizari posse in secunda figura ex duabus affirmatiuis: quando maior est exclusiua. Verbi causa. Tantũ animal est risibile. Omnis homo est risibilis. Igitur omnis homo est animal. Et sic arguit Aristo. sola per se sunt necessaria. Omnis demonstratio est ex necessarijs. Igitur omnis demonstratio est ex per se. Instantia non est ad propositum: vbi enim esset ad propositum, deberet esse hęc tantum cibus & potus sunt humidi & sicci: quæ falsa est. Huius Themistij præcepti causa est, quia exclusiua conuerti



tur ad vniuersalem de terminis transpositis. Hæc enim tã- E tum animal est risibile conuertitur in hanc, omne risibile est animal: cui addo omnis homo est risibilis. Igitur omnis homo est animal. Nam facta hac conuersione fit prima figura, & sic in syllogismo Aristo. fieri potest. ¶ Sed (Obiectio.) dices hæc exclusiua est falsa: videlicet sola per se sunt necessaria: cum multa per accidẽs sint necessaria. ¶ Ideo pro- (Solutio) bat illam exclusiuam sic. omne necessarium aut per se: aut per accidens, sed accidentia non sunt necessaria. Igitur sola per se sunt necessaria. inquit. Omne enim subaudi necessarium vel sic inest hoc est per se: aut secundum accidens: sed accidentia non necessaria sunt. Igitur subaudi sola per se erunt necessaria. ¶ Sed contra ambiges vt contra for- (Dubiũ. 1.) mam: & contra materiam, formam quidem: nam omne animal aut rationale: aut irrationale. Sed animal non est ir- F rationale. Igitur solum rationale est animal. ¶ Secundo al- (Secunda.) bedo niui & Cygno, nigredo Ethidpi necessario insunt. (Solutio. Ad. 1.) Et tamen accidentia sunt. ¶ Ad hæc dici potest ad primũ syllogismum illum Arist. esse hypotheticum diuisiuũ vbi arguitur a destructione totali alterius partis ad exclusiuã alterius, vnde sic valeret: omne animal est rationale, vel irrationale. Sed nullum animal est irrationale. Igitur solum rationale est animal. Et hæc regula nullam patitur instantiam, & hoc modo Arist. arguit: omne necessarium aut ꝑ se, aut per accidens: sed nulla accidentia necessaria sunt. Igitur sola per se sunt necessaria: & hæc erat maior syllogismi Arist. ¶ Ad secundam Themistius (vt mihi videtur) ta- (Ad. 2.) lem innuit distinctionem ꝙ videlicet, necessarium duplex est: vt simpliciter: & est quoties respectu omnium: quibus competit necessario competit per illius naturam vt risibi- (Necessariũ duplex) le: quibuscunq; n. cõpetit: semper necessario competit, & G de hoc Arist. loquitur: vt ꝙ sola per se sunt necessaria videlicet: simpliciter. Alterũ est necessarium secundũ q̃d: vt albedo niui necessario inest: non tamẽ respectu omniũ: q̃bus inest: q̃a nõ respectu parietis, & sic põt necessariũ esse accidẽs, & sic Arist. vult nullũ accñs esse necessariũ simpl'r videlicet respectu omniũ eorũ, quibus cõpetit: vt patet. ¶ Nõ esset alienũ dicere, ꝙ nec albedo niui, nec nigredo coruo necessario insunt. Sed bene coruus nigredini necessario subest: & nix albedini: q̃ñ quidẽ hæc necessitas non ex parte accñtis est: sed subiecti: q̃d necessario illi subest. Bene igit̃ Aristo. accepit nullũ accñs esse necessarium, q̃ñ quidẽ necessarium est ex parte subiecti, non sui: at quę ꝑ se insunt: necessario insunt ex parte eorũ, vt patuit in capitulo eorum quæ per se. Hæc ex Themistij paraphrase. ¶ Philoponus vero vult ꝙ Aris. conclusionẽ propositam probet hypothetico syllogismo hoc pacto. Si demõstra- (Quę Phi.) H tiones ex necessarijs: necessaria vero sola quæ per se. Ergo demonstratio est ex his quæ sunt per se. Quod demõstrationes sint ex necessarijs: ꝓbauit q̃m quod scitur, impossibile est aliter se hr̃e, & ita oportet vt demonstretur ex his: quæ non possunt aliter se habere, qualia sunt necessaria. Quod vero sola per se sint necessaria, iterũ ꝓbat: quoniã eorũ: quæ per se insunt: hæc insunt in eo quod quid est: vt prædicata primi modi: quibusdam vero insunt in eo quod quid est prædicantibus de ipsis: vt prædicata secundi modi, quorum subaudi aut ipsum aut alterum oppositorum necesse est in esse: vt superius diximus. Diximus n. prædicatum secundi modi esse necessarium, vel quia ipsum, necessario inest, vel quia disiunctio oppositorum necessario inest: vt par vel impar: ex his dat conclusionẽ, &

I dicit ꝙ manifestum sit ex talibus quibusdam fieri demonstratiuum syllogismum. Et quia quis posset dicere non sola ea: quæ per se sunt, esse necessaria, q̄m multa accidentiū per se sunt, ostendit: ꝙ sola quæ per se sunt necessaria sint, & dicit: ꝙ omne prædicatum aut sic. s. per se inest: aut secundū accidens inest. Accñtia aūt subaudi nulla necessario insunt: nisi secūdū quid rōne subiecti: quod alicui eorū necessario subijcitur. Quo ad syllogismi formam: Philoponus dicit ꝙ in tali hypothetico Syllogismo duo quędā antecedentia assumpsit Aris. quorū alterum ēst ꝙ demōstratio sit ex necessarijs. Alterum vero ꝙ sola ea quę per se sunt: necessaria sint: ex quibus simul copulatis, conclusio ea sequitur, quæ ēst, ꝙ ex his: quæ per se sunt, sint demonstrationes. Nec alienum est (vt Philoponus inquit). In aliquibus syllogismis duo assumere antecedentia copu-
K lata, & hoc quando ex vno solo conclusio non sufficienter sequitur. Fit autē syllogismus ex duplici antecedente potissimum quando est hypotheticus, vt alibi dictum est. Et (vt Philoponus inquit) Aris. probauit vtrunq; antecedens. Primum quidem ꝙ ex necessarijs demonstratio sit. Et hoc statim positum probat: & inquit: quod. n. scitur: impossibile est aliter se habere. Nam (vt Philoponus inquit) scimus non solum conclusiones, sed etiam ꝓpōnes: per quas conclusionē cognoscimus. Si. n. non haberemus sciētiam propositionū: neq; conclusionis scientiā habere poterimus. Quare si conclusio est necessaria: ꝓpōnes sunt necessariæ, aliter necessarium ex non necessarijs demonstraretur. Secundum vero antecedens erat, quæ vero per se insunt, necessario insunt rebus, & iterum hoc statim positum probat: & inquit. Hæc. n. in ipso quid est, insunt. Scilicet vt prædicata primi modi: quibusdam hæc insunt in
L eo quod quid est prædicantibus: vt p̄dicata secūdi modi, modo ita est, quod tam p̄dicata primi modi, q̄ prædicata secundi modi necessario insunt rebus quarum sunt prædicata, Quod quidem prædicata primi modi necessario insint rebus: patet: quoniā tā definitio q̄ definitionis pars necessario inest rei, cuius est. Quod vero prædicata secundi modi necessario insint rebus: probat ex eo: quoniā vel ipsa: vel eorum opposita necessario insunt: vel (vt Philoponus inquit) probat hoc modo, omne. n. inquit aut ita inest. s. per se secundū priores modos per se: aut ꝑ accidēs, quod autē non ꝑ accidēs inest: ex necessitate inest: quod vero ꝑ se inest non per accidens inest. Igitur quæ ex necessitate insunt: ꝑ se insunt. Et dicit Philoponus ꝙ syllogismus pōt fieri Categoricus hoc modo. Omnis demonstratio ex necessarijs: necessaria sunt per se. Igitur omnis demōstratio est ex his: quæ sunt per se. Verū Arist. Categori-
M cum non fecit: q̄m tūc esset ex duabus affirmatiuis in secunda figura: & sic faceret figurā insyllogizabilē. Et propterea Philoponus voluit ꝙ syllogismus sit hypoteticus ex duobus antecedētibus, & vno consequente. Et sic hoc pacto cōponetur. Si demonstratiua scientia est ex necessarijs principijs: necessaria vero sola quæ per se rebus insunt. Demonstratio ergo ex his: quæ sunt per se. Modo syllogismus hypotheticus potest esse necessarius, & in nulla figura: vt opinatur Philoponus. Sunt. n. multæ consequentiæ necessariæ ex vno: & pluribus antecedentibus: quæ nō sunt in aliqua syllogistica figura. Vnde vis totius syllogismi hæc est. Si datū sit ꝙ ex necessarijs principijs sit demonstratio, & datū sit ꝙ sola ea quæ sunt ꝑ se, sint necessaria: datū erit demonstrationes esse ex his, quę sunt

per se. Nam idē erit dicere demōstrationes esse ex necessarijs, & ex his quæ per se. Siquidē sola necessaria ꝑ se sunt: & quæ per se sunt necessaria sunt. Hæc Philop. ¶ Per quę patet dr̄ia inter expōnem. Themi. & suā. Nā Themistius velle videt̄ syllogismū posse esse Categoricū: sed eo modo, vt dixit: ex maiore exclusiua, Philoponus vero (vt mihi videtur) melius asserit syllogismum esse hypoteticū & non ad Categoricum reducibilē, q̄m est consequētia necessaria ex duplici antecedēte. Et tu nota de mente Philoponi non omnem hypotheticum syllogismū esse reducibilē ad aliquam trium figurarum: licet Boetius dixerit totū oppositum, de quo in libro priorum. N

Dr̄ia expōnis the. Philop.

Non ois hypotheticus syll's pōt reduci in figuram.

¶ Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium supponatur demonstrationem necessariam esse. Et si demonstratum sit quidpiam fieri non posse, ut illud sese habeat secus. Ex necessarijs ergo constare demonstratiuam ratiocinationem oportet. O

¶ Aut igitur sic dicendum est, aut principium ponentibus ꝙ demōstratio necessaria sit, & si demonstretur, non aliter se habere potest, ex necessarijs igitur oportet esse syllogismum. Tex. 16.

¶ Videt̄ quibusdā ꝙ Aristo. velit ꝓbare secūda rōne: ꝙ demonstratio cōstet ex his: quæ ꝑ se sunt. ¶ Quę expōne que verbis cōuenit: neq; cōclōni: quā infert: quæ est: ꝙ demōstratio sit ex necessarijs. ¶ Melius ergo cū Philopono dicamus ꝙ cū ꝓbasset demonstrationē esse ex his, q̄ sunt per se: nūc ꝓbat demr̄ationē esse ex necessarijs. Et tunc lege verba sic. ¶ Aut igit̄ sic dicendū est, videlicet ꝙ demr̄o necessaria sit nulla rōne assignata, sed solū qa ita ab omnibus concedat̄. Aut sic dicendū est ꝙ videlicet demōstratio sit ex necessarijs: nobis principiū ponētibus: qđ principiū est, hoc videlicet qđ demr̄at̄: nō pōt aliter se hr̄e. Hoc P n. principio nobis posito: sequit̄ ꝙ demr̄o sit ex necessarijs principijs. Non. n. pōt necessariū ꝓblema: vel necessaria cōclo ex nō necessarijs demr̄ari. Qđ Auer. ꝓbat ꝑ illud Axioma ꝑꝑ qđ vnū quodq; tale, & illud magis, q̄re cū conclo necessaria sit, ꝓpter ꝓpōnes, propōnes sunt magis necessariæ. ¶ Præterea demr̄onē constare ex ꝓpōnibus necessarijs dupl̄r ꝓbari pōt aut definitione ipsius scire: aut necessitate cōclōnis: q̄ demonstrat̄. Et vtraq; ꝓbatio est a fine. Est. n. finis duplex intrinsecus eueniēs: & extrinsecus accedens: ipsum scire quidem demonstrationis finis est extrinsecus accedēs: cōclo vero intrinsecus eueniēs. Et ideo Arist. probauit prius demonstrationē esse ex necessarijs fine eo, quod est ipsum scire, nunc autem probauit a fine: qui est conclusio. ¶ Quod aūt demōstratio sit ex necessarijs, Philoponus exponit, ex differētia, quæ est inter syllogismum & demonstrationem. Nam ex veris q̄dē: & non necessarijs ꝓpositionibus syllogismum verū fieri cōtingit. Demōstratiuum vero impossibile est. Vtputa Socrates ambulat. quod ambulat ꝑ crura mouetur. So- Q crates igitur per crura mouetur. Hic syllogismus est, & quidē ex veris: non tamen demonstratio est: quoniam cōclusio neq; necessaria est: neque ex necessarijs ꝓpositionibus. Præterea etiam si necessaria sit cōclusio, & propositiones non necessariæ: demonstratio est. Vtputa Socrates per crura mouetur. quod per crura mouetur animal est. Socrates igitur animal est. Non. n. hoc pacto est scire: sed opinari ex contingentibus propositionibus necessariam aliquam conclusionem concludere. Insuper neque ex accidentibus inseparabilibus: quæ non vni: & soli contingunt demonstratiuus syllogismum fit. Vtputa Cygnus candidus quod candidū est, Visus est disgregatiuū: Cy-
gnum

Com. 65. Expō aliquorū. Refutatio expō Phi.

Auerro.

Quod demōstratio ex necessarijs sit dupliciter ꝓbari pōt.

Finis duplex.

Quę Phi.

A gnus igitur visus est disgregatiuus. quoniam licet propositiones: & conclusio sint necessariae: non tamen accidentia vni & soli cōpetunt. ¶ Quo vero ad verba attinet, Arist. cū dicit. Aut igitur sic dicendū: non accipit verbū igitur illatiue, sed veluti aduersatiue: vt sit sensus. Sed aut sic dicendū ꝙ demonstratio sit necessaria, nulla subaudi ratione cogente. Aut sic dicendum nouo principio assumpto: videlicet quia cōclusio: quae demonstratur, necessaria sit: & cū dicit: ꝙ demonstratio necessaria sit, per demonstrationē esse necessariam: intelligit eam esse ex necessarijs propositionibus necessariam conclusionem demonstrantibus.

Verborū expositio

¶ Et enim fit ut & demonstrans ratiocinetur ex ueris, at non fit. ut ex necessariis quisquā nisi demonstrans ratiocinationem conficiat. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est.

B *¶ Nam ex ueris quidem est, & non demonstrantem syllogizare, ex necessarijs autem, non est. Sed aut demonstrantem.*

sed aut nisi Com.66.

¶ Cum cōclusisset ꝙ ex necessarijs fit demōstratio, & quoniam aliqua vera sunt necessaria, ergo posset credere ex veris esse demonstrationem. ¶ Respondet quasi concedens ꝙ ex veris sit demonstratio: non tamen ex solis veris, nisi sint necessaria: & huius tacite solutionis causam assignans: inquit. ¶ Nam ex veris quidem est: demonstrantem & nō demonstrantem syllogizare, ex necessarijs autem: non nisi demonstrantem est syllogizare: ergo solutio est, concedendo ꝙ ex veris sit demonstratio: non tamen absolute: quoniam non ex veris contingentibus. Sed ex his veris: quae sunt necessaria. ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte ꝙ Arist. supponit tacitam quaestionem: quę est an ex solis veris sit demonstratio, & supponit tacitam solutionem: videlicet ex veris sit demonstratio: non tamen absolutae: haec supponens assignat causam tacitae solutionis: & inquit. ¶ Nam ex veris quidem est, & non demonstrantem syllogizare, & supple etiam demonstrantē. Ex necessarijs autem: quae vera sunt: non est syllogizare: nisi demonstrantem, haec est ratio tacitae solutionis.

Verborū expositio

C

¶ Signo etiam illo patet demonstrationem e necessariis esse, nam inficiationes aduersus eos qui demonstrare putant, negatione necessitatis inferre nos consueuimus, aut putantes omnino fieri posse quo res aliter sese habeat, aut disputationis causa contendētes.

¶ Signum autem ꝙ demonstratio ex necessariis sit est, quoniam et instantias sic ferimus ad opinantes demonstrare, ꝙ non necesse utiq; sit opinamur, aut oīno cōtingere aliter, aut gratia sermonis.

Com. 67. Expō. Philop. D

¶ Secundum Philoponum hoc est tertium argumentum ꝙ demonstratio sit ex necessarijs: quoniam siquis proposuerit nobis ꝙ haec: vel illa sit demonstratiua propositio: redarguere ipsam putamus per hoc quia praedicatum nō ex necessitate subiecto inest. Et hoc inquit. ¶ Signum autem ꝙ demonstratio ex necessarijs fit. est quoniam & instantias sic ferimus ad opinantes demonstrare, ferimus dico instantiam: quia opinantur eam ꝙ non necesse vtiq; sit. Aut omnino opinemur eam contingere aliter se habere, quod idem est. Addit, aut gratia sermonis & (vt Philoponus exponit) vult dicere ꝙ non solum qui ad veritatem respiciunt: contradicunt propositionibus, in quibus non est ex necessitate inesse praedicatum subiecto. Verū etiam qui litigiosus contentionis gratia contradicunt. saepe enim & necessaria existente propositione impedimentum praebere volentes: asserunt non ex necessitate inesse. Et sic per sermonem contentionem intelligit: quasi dicat ꝙ non solum gratia scientiae sic instamus: sed gratia sermonis hoc est contentionis.

E

¶ Ex quibus etiam patet stultos eos esse profecto, principia bene sumere putant, si propositio probabilis sit atq; uera uti sophistae, scire esse dicentes scientiam habere. Non.n. ideo propositio principium est, quia probabilis, aut non probabilis est. sed quia primum est ipsius generis, circa ꝙ fit demonstratio, & uerum non omne proprium est.

¶ Manifestum autem ex his est, & quoniam stulti sunt, qui opinantur accipere bene principia, si probabilis sit propositio & uera, ut sophistae. quoniam scire est scientiam habere, Non.n. quod probabile est aut non, principium est. Sed primum in genere, circa quod demonstratur. Et uerum non omne proprium est.

F

¶ Ex dictis refellit errorem Protagorae: qui putabat principia esse demonstratiua: modo sint propositiones probabiles & verae. Protagoras enim refellens scientiam. Syllogizando supponit principium demonstratiuum esse, si sit propositio probabilis & vera. Et tunc probauit ꝙ geometra non scit hoc pacto (vt Philoponus exponit). Scire est scientiam habere, habere scientiam est scientiam nosce. Qui vero noscit scientiam: noscit quid ipsa sit. Igitur qui scit noscit quid scit scientia, geometra non noscit quid sit scientia, geometra igitur non scit. Hoc pacto refellit sciētiam Protagora. Hunc errorem ergo refellit Aristo. & inquit. ¶ Manifestum autem ex his est: & quoniam stulti sunt: qui opinantur accipere bene principia. Si principiū sit probabilis propositio & vera, vt Sophisticae autumāt scilicet Protagoras, qui destruit scientiam per hoc ꝙ scire sit scientiam habere. ¶ Et tu Animaduerte ꝙ non totum cauillum expressit, Sed quae de illo omisit: quasi manifesta reliquit ¶ Quod vero errauit, probat, & inquit. Non enim quod probabile est, vel non est probabile principium est demonstratiuum. Sed adhuc requiritur ꝙ sit verum in genere eo scientiae: circa quod demonstratur. Modo non omne verum est proprium, & contractum ad illud genus: in quo fit demonstratio. Aliquando enim verum est extraneum: & pluribus sciētijs commune. ¶ Et sic dupliciter errauit Protagoras. Primo quia principium debet esse necessarium, & non sufficit, vt sit probabile & verum: quoniam probabile & verum potest esse contingens. Secundo quia oportet esse proprium ei scientiae: in qua fit demonstratio, & non commune vel extraneum. ¶ Tunc ad rem veniens Philoponus dixit ꝙ Protagoras in suo Cauillo accepit tres propositiones veras. Prima est ꝙ geometra scit. Secunda vero ꝙ qui scit: habet scientiā: & haec vtraq; est vera, & necessaria. Tertia est ꝙ qui habet aliquid vtputa scientiam, noscit quod habet. Et hęc non est necessaria: nec semper vera, est tamen probabilis. Amplius dato ꝙ hae omnes essent verae, & necessariae, & non sunt propriae generi geometriae. Et sic Cauillus est etiam per extranea. Philoponus approbat hāc Cauilli expositionem. Verum affert aliam, quae mihi etiam non placet.

Com. 68.

Cauillus Protagore

G

Error protagor.

Quae Phi. de cauillo

H

¶ Atq; demonstratiuam ratiocinationem ex necessariis esse oportere, ex hisce patet. Nam si non est iste sciens, qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demonstratio. atq; fieri pōt ut a. quidem ipsi. c. necessario competat. Medium autem. b. per quod illud est demonstratum non sit necessario, his plane qui

I *talem ratiocinationem extruit, non scit propter quid est, quippe cum non sit illud ob ipsum medium. Nam ipsum quidem fieri potest ut non sit, conclusio autem est necessaria,*

Tex.17.1 ¶ *Quod autem ex necessarijs oporteat esse syllogismum. Manifestum & ex his est. Si.n. non est habens rationem ipsius propter quid, existente demonstratione, non sciet. Scit autem utiq;.ut.A. in.C.ex necessitate insit.B.autem medium per quod demonstratũ est, non ex necessitate, non sciet propter quid. non enim est hoc ꝑ medium. Nam hoc quidem contingit non inesse, conclusio autem necessaria est.*

Com. 69. Expõ. Philop. ¶ Secundum Philoponũ hoc est tertiũ argumentũ, ꝙ demonstratio si ex necessarijs. Et hoc ꝓponit:& inquit. Q̃d aũt ex necessarijs oporteat esse syllogismũ. Manifestũ ex his est: quæ nũc subscribũtur, hoc est via & rõne sumpta ex parte necessitatis conclusionis. Probat aũt deductione ad oppositũ. Nam si cõclusio quidẽ necessaria est, K propositiones vero contingentes, cõtingẽs autẽ est, quod põt nõ inesse. Patet igitur ꝙ conclusionẽ quidẽ sciet ex necessitate esse: rationẽ vero eius:& cãm non sciet. Siquidẽ propositiones: per quas demonstrantur omnes: vel alterã contingat non esse. Modo hoc est impossibile, qm̃ qui ignorat rationẽ, non sciet. Non igitur contingit demonstrationẽ ex propositionibusc õtingentibus esse, quare ex necessarijs esse omnino necessitas est. Vnde inquit. Si.n. non est, subaudi demonstratio est ex necessarijs propõnibus: habens rationẽ ipsius ꝓpter quid: existente demonstratione: non sciet: subaudi qď quidẽ est impoſſe. Addit aũt exñte demonstratione, quoniã (vt Philoponus inquit) aliquorum scientia esse potest, non existente demonstratione: vt dignitatum: quarũ scientia esse potest: non existente demõ L stratione. Sed ꝙ demonstratio sit:& non sit scientia: hoc est absurdum. Deducit autem quod dixit: exemplo, & inquit. Sit autem vtiq; vt.A.in.C.ex necessitate insit.B. vero mediũ, per quod demonstratũ est illud quod concluditur, & per quod propositiones generant̃: si nõ ex necessitate nõ sciet ꝓpter qd. Vt Verbi gratia, si qs putaret hominẽ ex necessitate esse aĩal pp hanc cãm q̃a putat hominem ambulare: aut philosophari:& syllogizet hoc pacto:



M



homo Philosophat̃: qđ Phatur. animal est. Hõ igitur animal. Qm̃ mediũ terminũ cõtingentẽ accipit, cõtingẽs, vero, põt.& nõ inesse. Si igit̃ hoc supponatur nõ inesse sciet quidẽ ꝙ hõ ex necessitate sit animal, rõnẽ tñ pp quã est animal: non sciet medio termino ablato, & sic illemet idẽ & sciet:& non sciet, sciet quidem per suppositionem, nõ sciet autem propterea ꝙ contingens acceperit propositiones:& hoc subscribit:& inquit. Non enim est hoc per medium, nam hoc quidem contingit non inesse. Est.n. contingens, quod potest non inesse. Conclusio autem necessaria est. ¶ Vnde Themistius. Siquis in homine propterea cõtineri animal credat, quia deambulat: rem quidem necessariam cognoscet, hoc est in homine contineri animal, sed rationem ꝙ animal in homine cõtineatur, ignorat. ¶ Sed dubitabis. Primo quia propositionibus positis in figura, necesse est aliud euenire ꝑ ea: quæ posita sunt, primo priorum. Igitur positis. A. de.B.&. B.de.C. necesse est poni. A.de.C. Igitur quouis modo sit medium, seruata figura semper conclusio erit necessario sequens. ¶ Dici potest: ꝙ ex contingentibus conclusio aliqua necessario sequit̃ qm̃: nõ autem ꝓpter quid necessitate simpliciter: Vt dato ꝙ omne volans sit animal:& ꝙ equus volet, sequitur necessario ex suppositione qm̃ omnis equus est animal. Tenet ꝓpter quid: quia siue mediũ sit: siue non, semper omnis equus est animal. ¶ Secũdo quærũt Vtrum aliquo pacto cõtingens esse possit cã necessarij, & quare non ꝓpter qd. ¶ Auer. sol. innuit, asserẽs semper ipsum propter quid eẽ, quo posito ponitur id cuius est. Et ꝙ non contingit aliter se habere, & qm̃ illius est cã. Modo hęc contingenti rei nõ competunt. Bene tamen contingens esse põt rei necessarię causa per accidens, vt albũ causa: qua homo risibilis est: valde per accidens. ¶ Tertio dubitabis: nam vulnus est cã mortis equi constat hanc esse rẽ perpetuã: cũ equus perpetuo remanebit mortuus. ¶ Quidã dixerũt vulnus eẽ causam per accidens transmutationis, quæ per se est causa ꝑpetuæ mortis. ¶ Sed hæc solutio stare nõ põt, qm̃ quæritur de transmutatione ipsa, qm̃ vel transmutatio ipsa erit contingẽs:& tunc vt prius: res contingẽs cã erit rei necessariæ. Sin aũt est necessaria: tunc vulnus res contingens cã erit transmutationis: quæ est res necessaria:& sic idẽ quod prius. ¶ Propter hęc alij fingunt ꝙ transmutatio sit cã necessaria, licet sit res contingẽs. Est.n. necessaria cã, quia ea posita ponitur mors. ¶ Et nec istud videtur bene dictũ: quoniam si ideo transmutatio dicitur necessaria cã hypothetice: quia ea posita: ponitur mors: etiã vulnus dicetur causa necessaria hypothetice, quoniã eo posito, ponetur & mors: quod ipsi negant. Præterea nec vr̃ transmutatio alia a morte. Quoniã vel mors est ipsa, priuatio: vel aliqs habitus. Si priuatio: nullã habet cãm. Sinautẽ habitus, tũc nõ differt a transmutatione. ¶ Dici potest vno modo ꝙ mors sit priuatio:& sic non habet causam nisi per absentiã: vt dicitur primo physicorum: & hoc pacto Egidius respondere videtur. ¶ Aut dici potest: vt Auerroes dixit: contingens esse causam rei necessariæ per accidens: non autem propter quid, & per se.

Margin notes: N; Themi.; Dubitatio primo. Cap.1.; Solutio.; O; 2.dubõ. Solutio Aueiro.; 3. dubõ. Solutio aliquorũ. Cõfutatio; P; Alia solo.; Cõfutatio; Solutio Egidij.; Auerr.; Q

¶ *Præterea si quis nunc nescit, rationem habens, & saluus est re salua, neq; oblitus his. neq; prius sciebat.*

¶ *Amplius si aliquis nescit, nunc habens rationem, & saluus, salua re, nec oblitus, neq; prius sciuit. Corrumpatur autem utiq; medium. si non sit necessarium, quare habebit quidem rationem, saluus salua re, nescit autem. Ergo nec prius sciuit.*

¶ Secundum Philoponum hoc est quartũ argumentũ ꝙ demr̃o sit ex necessarijs. Et Philop. magis ad sensum q̃ ad verba, cõponit rationẽ hoc mõ, si demr̃o sit ex cõtingẽtibus qm̃ demr̃o nõ põt alr̃ se hr̃e, cõtingẽs vero poſſe ẽ nõ esse: si supponamus qđ est contingẽs, nõ esse, accidit prius scientẽ neq; corruptum, neq; oblitũ, neq; re ablata: non esse scientem: quod est ridiculum. Vnde dicit. ¶ Amplius Com. 70. Expõ Philop.

A plius si aliquid nescit nūc.s. postq̄ facta est mediȷ̄ ablatio sequitur subaudi q̄ habens rationem hoc est conclusionē & saluus:salua re.s.conclusione: nec prius q̄ mediū deleretur:scierit. Vis ergo rōnis est.si medio deleto: aliqs nescit, sequit̄, eo:& re salua:& nō oblito, nec prius sciuisse, dicebat̄ prius scire, ergo idē met dicet̄ sciens, & nō sciens.

Verborū expositio ¶ Quo vero ad verba attinet. Tria sunt (vt Philop. inqt) cognoscens:cognitio:& qđ cognoscit̄. Modo cognitio deletur:aut ipso cognoscēte deleto:aut ipso cognito deleto:ꝓpterea absurdū est rōnē atq̄ cognitionē deleri:nec cognoscēte ipso:nec re cognita deleta:Quod vero id quod Aris.intulit:sequatur:Philoponus ostēdit exēplo, Vt puta. Siquis syllogizaret hoc modo, hō geometrizat:quod geometrizat animal est.hō igit̄ animal est. Si ita syllogizans putaret demonstrationē hr̄e: q̄ hō sit animal ꝑ hoc

B mediū, quod est geometrizare:qm̄ geometrizare ex contingentibus esse supposuimus, contingens aūt pōt:& non esse destruat̄ geometrizare: contingens.n.est quo non existente necessario:posito autem:nullum sequitur impossibile. Si igitur geometrizare destruat̄, accidet salua re, scilicet hominē esse animal, & cognoscente, & non oblito q̄ homo animal sit, non vlterius demonstratiue scire q̄ homo animal sit. Propterea concludit. Corrumpatur autē mediū. Si secundum te non sit necessarium: quare habebit quidē rationem hoc est conclusionē q̄ hō sit animal. Saluus:re quam scit:salua:nescit autē:quoniam cā & mediū ablatū est. Propterea sequit̄:q̄ nec prius sciuit. Hæc (vt mihi videtur) est Philoponi expō.

1. po. 18. &.7. physico.9.

alia expō ¶ Fortasse tamen Aris. refellit vnā tacitā solutionē. Dicebat enim quidā q̄ per mediū contingens conclusio necessaria sciri possit: vt per

C geometrizare: q̄ homo sit animal. Et ad rationē Arist.q̄ prius attulit, dicebant q̄ tā diu scimus, q̄ diu mediū illud sit positū inesse.cū vero deleretur:non scimus. Cōtra ergo hanc tacitā solutionē obȷ̄cit Aristoteles:hoc modo Si nescimus ipso deleto: nec prius ipso stante sciebamus. Vnde inquit. Siquis nunc habens rōnē:& ipso medio subaudi deleto:nescierit:sitq̄ saluus: salua re: nec oblitus, nec prius hoc est anteq̄ medium deleretur, sciebat. Et hoc particularius resumens, inquit. Corrumpatur autē vtiq̄ medium si non sit necessarium. Si.n.est necessarium: corrumpi non potest. Quare habebit quidem rationē.s.conclusionem, saluus, saluare: nesciet autem. Ergo nec prius sciuit. Hæc est secunda expositio. Tu vero melius considerabis. Nam verba hæc obscurissima sunt.

¶ Quod si medium non est corruptum, fieri uero potest ut corrumpatur, id quod accidit, erit poßibile atque contingens, sed ut his sciat, qui sic se habet, fieri minime potest.

D *¶ Si uero non corruptum est, contingit autem corrumpi, quod accidit utique erit poßibile, & contingens. Sed est impoßibile sic se habentem scire.*

Com.71. Expō Philop. ¶ Hic secundū Philoponū refellit tacitā responsionē ad argumentū ꝓximū. dicere.n.posset quis demonstrationē ex contingentibus esse. Supponendo tñ saluari cōtingens & nō destrui:modo nihil prohibet ex his: q̄ sunt, fieri demonstrationē. Ad hoc obuians dicit q̄ & si nunc nō dū destruat̄. Attñ cōtingit destrui eo q̄ talis sit cōtingentis natura. Et ita si non nūc primo id acciderit absurdū:quod q̄dē diximus:videlicet sciētē saluatū, & re saluata, & obliuione, nō supueniēte nō vlterius eē scientē: ꝓpea q̄ saluet̄ cōtingēs:attñ poſe est hoc accidere post hæc:& si supponamus nūc cōtingēs nō destrui. Si igit̄ destructo cōtingēti accidat absurdū, id inq̄:nō scire:saluata & re, & cognoscēte, & cognitiōe, neq̄ igit̄ anteq̄ corrūperet̄ cōtingēs, sciebat. Impoſe.n.ē ex scire trāsmutari nō vno triū corrupto dep̄dito q̄:aut cognoscēte:aut eo qđ cognoscit̄: aut cognitione. vñ inqt. ¶ Si vero mediū ꝑ qđ sciebamus cōtingēs exn̄s nō corruptū est cōtingit aūt corrūpi, vt est cōtingētis natura. Qđ accidit vtiq̄ videlicet absurdū in dictis suppōnibus, qđ q̄dē est scire aliqđ mox trāsmutari in nō scire neq̄ corrupto cognoscēte, neq̄ eo qđ cognoscit̄, neque cognitione:erit poſe & cōtingēs. Sed est impoſe sic se habentē scire. Ergo est impoſe id ꝑ qđ sciebamus esse cōtingēs. ¶ Animaduerte q̄ terminū mediū corrūpi pōt intelligi secundū formā tm̄:hoc est secundū significationē, & scđm formā & materiā, hoc est scđm sigñationē formalē & materialē (vt Sorticolæ dicūt.) Verbi cā demonstret̄ animal de hoīe ꝑ illū terminū mediū qđ est deambulans dico qđ ille terminus. B.s. deābulans corrūpit̄ secūdū formā & materiā:si penitus auferat̄, & eius loco ponat̄ ille terminus Pl̄s. Nā terminus oīno eēt corruptus: & quo ad materiā ipsam, hoc est terminū ip̄m, & quo ad formā:hoc est significationē. Sin aūt desinat̄ ipsum deambulās quo ad p̄sentaneā sigñationē:ita vt qđ ponebat̄ de ambulare, nō deābulet: tūc terminus erit destructus quo ad formā:& nō quo ad materiā. Propterea Aris. obȷ̄cit:si vero nō corrūpit̄:sed cōtingat corrūpi ita:vt desinat esse quo ad p̄ntaneā sigñationē, absurdū qđ accidit ex dictis suppōnibus:erit poſe & cōtingēs. Mō hoc ē impoſe, qm̄ ē impoſe sic se hn̄tē scire.

Medium corrūpi pōt intelligi dupl̄r.



E F G

Dubitatio ¶ Sed dubitāt. qm̄ fieri pōt: vt vna cōcl'o pluribus mediȷ̄s demr̄et̄: & ita vno illorū penitus corrupto:pōt sciri adhuc.

Solutio Egidij. ¶ Egidius fugiēs asserit demr̄onē patissimā:de qua loq̄t Aris. sumere ꝓ medio oīa gn̄a cārū.

Neoterici contra Egidiū Cap.25. ¶ Cōtra cuius solōnē Neoterici obȷ̄ciūt, q̄a vt dr̄ secūdo huius:ꝑ vnūq̄dq̄ genus cāe seorsum cōtingit demr̄ari, & q̄dē ꝑꝑ qđ:q̄ demr̄o scđm Them. est ꝑꝑ qd.

Propria solutio. ¶ Propterea fingūt tot demr̄atiuas scīas fieri:quot media eē p̄nt & q̄ quoties mediū delet̄ toties sciētia:q̄ ex illo medio emergebat deleret̄. ¶ Ego vero dicerē cōcl'onē posse demr̄ari medio de spē:in spēm euariato seruata tñ vnitate gn̄is: nō aūt de gn̄e in genus euariato, Veluti variaret̄ de eē p̄sentaneo ad eē in potētia: de cōtingēti ad necessariū:aut de necessario ad cōtingēs:& qm̄ plura illa media oīa sunt eiusdē gn̄is: qm̄ necessaria:& de inesse:& ꝑꝑ q̄d:iō pōt oībus illis cōcl'o demr̄ari. Quia vero mediū qđ erat de inesse, variat̄ gn̄e a seipso, cū accipit̄ de poſi: iō cōcl'o illa eadē ipso deleto scđm inesse nō pōt remanere. Tu vero si melius habes melius dicas. ¶ Philop. vero breuibus alr̄ ꝓbat demr̄onē eē ex necessarȷ̄s. Nā si scire solū mō ē, qn̄ rē cognoscimus:& cām ipsius:& q̄ nō cōtingat alr̄ se hr̄e. Cāæ vero cōcl'onis ꝓpōnes sunt. Impoſe igit̄ est ipsas alr̄ se hr̄e:qđ aūt impoſe est alr̄ se hr̄e:necesse ē ita se hr̄e: necessarias igitur oportet esse syllogismi propōnes. Verū hæc probatio non ad verba est, vt intelligenti patet.

H

¶ Cū igitur cōclusio necessaria est nihil prohibet mediū necessariū esse, per quod fuit probata. Fieri nāque potest ut necessarium ex

I *non necessariis etiam concludatur. Et per inde atque fit ut uerum concludatur ex falsis. At cum medium est necessarium conclusio quoque necessaria est, quemadmodum & ex ueris infertur semper conclusio uera.*

¶ Cum igitur conclusio quidem ex necessitate est, nihil prohibet medium non esse necessarium per quod demonstrata. Est.n. necessarium & ex non necessariis syllogizare, sicut & uerum ex non ueris. Cum autem medium ex necessitate est, & conclusio est ex necessitate, sicut ex ueris uerum ex necessitate est semper.

Com. 72. ¶ Cum ostendisset nihil posse demonstrari nisi ex necessarijs: nunc vult ostendere ꝙ non ita sit asserendum de syllogismo: nam potest ex non necessarijs necessarium syllogizari: ex necessarijs autem non contingens: sed non nisi necessarium syllogizari potest. Ostendit autem hæc de syllogismo quoniam quis posset credere (vt Philopo. inquit) Aristotelem superflue ostendisse, quæ dixit de ipsa demonstratione. Non.n. alicui dubium videri potest si cõclusio demonstrationis sit necessaria, quin propositiones quæ hanc concludunt, necessariæ sint. Iccirco vult nunc ostendere ꝙ non superflue illa explanata sunt. Nam ꝙ demonstratiua conclusio necessaria sit, omnibus patet, ꝙ vero necessaria non nisi ex necessarijs demonstretur, non facile patet. Possibile enim est ex non necessarijs necessarium concludere: & quia ita est de syllogismo, ideo posset credi ꝙ de demonstratione ita sit, hac de causa declarat de syllogismo non esse ita sicut de demonstratione, & assignat duas conclusiones, quarum primam ponit dicens. ¶ Cum igitur conclusio ex necessitate est, nihil prohibet medium non esse necessarium, per quod demonstrata ẽ, & accepit verbum demonstrata pro verbo syllogicata.

Expõ. Philop. K

L Quod patet per hęc quæ subscribit. Est.n. necessarium & ex non necessarijs syllogizare: Sicut & verum ex nõ veris est syllogizare ecce q̃õ demonstrare: pro syllogizare accepit: Hæc est prima conclusio. Quod autẽ ita sit: Philoponus etiam exemplo ostendit, nam si hodie pluuia est: pluuia existente, Cœlum mouetur, hodie igitur cœlum mouet̃, sic syllogizando, concluditur necessaria cõclusio: non tamẽ ex necessarijs ꝓpõnibus. ꝙ etiã ex non veris: verũ concludatur, patet hoc exẽplo, q̃a sequitur. Hõ lapis, lapis subã: hõ igitur substantia. Hæc de prima cõclusione. Deinde ponit secundã, & inquit. Cum autẽ mediũ ex necessitate est, ita vt ꝓpositiones sint necessariæ: & cõclusio est ex necessitate: quod probat argumento accepto ab ipso vero: & inq̃t: Sicut verũ ex veris ex necessitate ẽ semper. Quare sicut ex veris non nisi verũ: ita ex necessarijs: non nisi necessariũ. ¶ Ex his Philoponus infert: ꝙ q̃ñ verũ ex non veris & necessariũ ex non necessarijs concluditur: non ꝑpter ꝓpõnẽ naturã conclusionẽ concludi asserimus, sed ꝑpter talẽ extremorũ inter se habitudinem. Non.n. quia nũc pluit: cœlum mouetur. Nec quia homo est lapis est substantia: sed hæc accidunt ꝑpter figurã. At vbi ꝓpões necessariæ sunt, cõclusio erit necessaria, & ꝑpter ꝓpões: & ꝑpter figurã. Si.n. homo ex necessitate animal est, & animal ex necessitate substantia: necesse ꝑfecto est, & hominẽ substantiã esse. Hinc fit: vt ex necessarijs non nisi necessariũ sequatur. Q̃m & ꝑpter figuram: & ꝑpter ꝓpões necessariũ sequitur. Infert secũdo ꝙ cõtingẽs cõtrario mõ se habet cũ necessario. Nã ꝓpõnibus cõtingentibus exñtibus: põt cõcl'o contingẽs: & non cõtingẽs seq: at ꝓpõnibus exñtibus necessarijs: cõcl'o solũ necessaria erit. ¶ Mouet Philop. hic dubõnẽ, q̃m ex definitione syll̃i sequit̃ ꝙ omnis concl'o necessaria sit. Est.n. syll's orõ: in qua q̃busdã positis, alterum quidã positis necessario accidit: & sic velle videtur ꝙ omnis conclusio sit necessaria. Ex his vero, quæ hic dicit, velle videtur ꝙ cõclusiones aliquæ sint contingentes. ¶ Respõdet Philoponus esse differentiam inter ex necessitate aliquid accidere: & cõclusionẽ esse necessariã. Dicitur.n. cõcl'o necessaria, quæ secundũ sui naturã semp eodẽ mõ se habet. Conclusio vero necessario accidit: quo aliquo vel aliq̃bus suppositis, ex necessitate sequitur. Et sic ad formã dicendũ omnẽ cõclusionẽ esse necessariã necessitate suppositionis, hoc est q̃busdam positis: non autẽ simpliciter: hoc est secundũ sui naturã. ¶ Dubitant Iuniores, quoniã conclusio debet esse semper similis alicui propositionũ: vt in prioribus: modo vbi conclusio sit necessaria: & propositiones non necessariæ: nulli illarum erit similis. ¶ Quidam dixerunt verbũ Philosophi verũ esse in prima figura tantum: & in illa solum quo ad qualitatem: & quãtitatem. ¶ Sed ambigua videtur hæc solutio. Nam quantitas semper sequitur minorem extremitatem: qualitas vero maiorem. Præterea Aris. & Auerr. vtuntur illa primo priorum. In mistione necessarij & inesse. Volentes ꝙ ex maiore necessaria: minore vero de inesse. Conclusio sit necessaria: quoniã debet alteri propositionum assimilari. Igitur est vera in omnibus. ¶ Quare dicẽdum regulam esse veram in omnibus figuris, & in omnibus syllogismis: modo Syllogismi cõclusio non necessario sequatur propter figuram tantum. Sed etiam propter propositiones. Sicut non est in propositio. Nã ex non necessarijs sequitur necessarium propter figuram tantum: & non propter ꝓpões: & ex falsis verum iterum necessario sequitur, non propter propositiones, sed propter figuram tantum, ideo cõclusio nõ debet esse similis alicui propositionum in talibus.

Coroł. 1. Philopo. M

Secundũ.

Dubitatio Philop.

N

1. priorũ. Respon. Differẽtia inter ex necessitate aliquid accidere & conclusionẽ necessariam. Dubõ Iuniorũ 1. porũ. 17 & 19. Solutio aliquorum. Qualis solutio. Cap. 15.

O

Propria solutio.

P

¶ Nam tam. a. ipsi. b. quã. b. ipsi. c. necessario competat. Igitur & a. necesse est ipsi competere. c.

¶ Sit enim. a. de. b. ex necessitate. Et hoc de. c. necessarium igitur & a. ipsi. c. inesse.



Com. 73. ¶ Cũ accepisset scd̃am cõcl'onẽ: videlicet ꝙ ex necessarijs nõ nisi necessariũ. Syllogizet̃: nũc eã ꝓbat ꝑ dictũ de omni: cũ.n. dici de omni sit, quãdo nihil est sumere sub subiecto, de quo nõ p̃dicetur p̃dicatũ, sequitur ꝙ si. A. de. B. omni ex necessitate prædicetur: & iterũ. B. de. C. ex necessitate, necessarium erit &. A. ipsi. c. ex necessitate inesse. ¶ Alij probarunt per illam dignitatem, quando ad antecedens esse sequitur consequens esse, idem consequens sequitur ad idem antecedens eadem conditione addita vtrique nec diminuente, nec distrahen: e. Vt si ad. A. B. &. B. C. necessario sequitur. A. C. Ipso necessario addito vtriq; idẽ sequetur. Hæc de secunda conclusione.

Q

Alia probatio.

¶ Verum fieri nequit ut cum conclusio nõ est necessaria, medium necessarii subeat rationem. Insit enim. a. non necessario ipsi. c. Si igitur. a. ipsi. b. b. ipsi. c. competere necessario dixeris, & a. profecto ipsi. c. competere necessario concedas oportet. At ipsi competere non eo pacto supponebatur.

¶ Sed

A A neceſ. B neceſ. C



Sed cum non ex neceßitate ſit concluſio, neq; medium neceſſariū eſſe poßibile eſt, Sit enim. A. in. C. non ex neceßitate ineſſe. In. B. autē. A. & hoc in. C. ex neceſſitate, & A. ergo in. C. ex neceßitate erit, Sed non eſſe ſupponebatur.

Com.74. Cum demonſtraſſet ꝙ ſi propoſitiones ſint neceſſariæ: concluſio debeat eſſe neceſſaria: nunc quaſi conuertit ſermonem, & demonſtrat ꝙ ſi concluſio non ſit neceſſaria, B neq; medium neceſſarium eſſe poſſit. & hoc proponit. & inquit. Sed cum non ex neceſſitate ſit cōcluſio: neq; medium neceſſarium eſſe poſſibile eſt. Non enim eſſe poteſt contingens concluſio: & propoſitiones neceſſariæ, & hoc iterum probat per principium regulatiuum: quod eſt dici de omni, & inquit. Sit. A. in. C. non ex neceſſitate ineſſe, hoc eſt ſit hæc concluſio contingit oē. C. eſſe. A. in. B. autem inſit. A. & hæc ſcilicet. B. iterum in. C. inſit ex neceſſitate: ergo ſubaudi per dici de omni in. C. erit ex neceſſitate. A. ſi enim. A. neceſſario ipſi. B. ineſt, & ipſum. B. ne-
1.prio.1. ceſſario ipſi. C. etiam. A. inerit neceſſario ipſi. C. Eſt enim de omni dici quādo nihil eſt ſub ſubiecto ſumere: de quo non prædicetur prædicatū eadem conditione addita vtrique nec diminuente: nec diſtrahente. Sed non eſſe neceſſarium. A. in. C. ſupponebatur. Ergo deductione ad oppoſitum patet non eſſe concluſionem non neceſſariam: & C propoſitiones neceſſarias.

Cum igitur id quod demonſtratiue quiſpiam ſcit neceſſarium oporteat eſſe, conſtat per medium quoque neceſſarium demonſtrationem eius illum habere oportere, uel neſcit illud profecto, aut propter quid eſt neceſſario, aut eſſe, ſed aut arbitrabitur ſe ſcire neſciens, ſi putauerit ut neceſſarium. id quod non eſt neceſſarium, aut nec arbitrabitur equo diſcrimine ſane, ſiue eſſe per media, ſiue propter quid eſt, & per medijs uacātia ſciuerit.

Tex.13. *Quoniā igitur ſi ſcit demr̄atiue, oportet ex neceßitate ineſſe, patet, ꝙ & per medium neceſſarium oportet habere demonſtrationem. Aut non ſciet, neq; propter quid, neq; quia neceſſe ſit illud eſſe. Sed aut opinabitur non ſciens, ſi aſſumat, ut neceſſarium, nō neceſſarium. Aut neq; opinabitur eodem modo, ſiue ipſum quia ſciuerit p media. ſiue ipſum propter quid, & per immediata.*

Com.75. Philopo. Hic (vt Philoponus placet) Ariſto. epilogat: Sed in epilogando addit quaſdam diſiunctiones non inutiles. Epilo D gando autem inquit. Quoniam igitur ſi ſcit demonſtratiue ſubaudi aliquam concluſionem oportet ex neceſſitate ineſſe. ſ. prædicatum eius in illius ſubiecto: patet ꝙ & p medium neceſſarium: & propoſitiones neceſſarias oportet habere demonſtrationem. Quoniam (vt diximus) neceſſarium non demonſtratur, niſi ex neceſſarijs. Hæc de epilogo, poſtea ſubſcribit vnam diſiunctiuā & dicit: Aut ſubaudi: ſi propoſitiones contingentes fuerint, & ſyllogizator ſcierit eſſe contingentes, non ſciet. non ſciet dico: neque propter quid, neq; quia neceſſe ſit illud eſſe: neq; ſubaudi opinabitur ſe ſcire. Deinde addit & aliā diſiunctiuā: & inquit: Sed aut ſubaudi ſi aſſumat medium vt neceſſarium: quod reuera non eſt neceſſarium, & propoſitiones vt neceſſarias eſſe putat quæ reuera ſunt cōtingentes: opinabitur ſe ſcire ſyllogizator. quia vel propter quid: non ſciens reuera. Et dixit neq; ꝑpter quid neq; quia: vt Philoponus & Themiſtius adnotarunt: quia ſyllogiſmorū alij ipſum quia ſyllogizant, alij ipſum, propter quid. Et eorum: qui ipſum quia ſyllogizant, alij quidem ſunt ex immediatis propoſitionibus: alij vero: ex mediatis. Simili ratione, & eorum: qui ipſum propter quid ſyllogizant, alij ex immediatis propoſitionibus: alij vero ex mediatis probant. Exempla ponit Philoponus. Nam hic ſyllogiſmus per mediata quia probat, Luna vmbram non facit: vmbram non faciens deficit. Luna igitur deficit. Hic vero per immediata: Luna exiſtens in plenilunio vmbram nō facit. Vmbrā non faciens in plenilunio deficit: Luna igitur deficit. Sillogiſmus vero propter quid per mediata ē: luna per diametrum eſt ſoli. Per diametrum vero exiſtēs deficit: luna igitur deficit. Hic per immediata. Luna ꝑ diametrum ſoli exiſtens ſuperatur a terra. Quod ſuperatur a terra deficit, luna igitur deficit. Dixit ergo neq; propter quid neq; quia: qui duplex ſylls eſt: vt patet. Subſcribit tertiam diſiunctiuā: & intellige ſic, Aut ſi ꝓpoſitiones ſint contingentes: & ipſe ſyllogizator ſcierit eſſe cōtingentes, neq; opinabiť eodē mō neq; ſubaudi ſciet. Dico neq; ſcierit, ſiue ipm quia ſcierit per media: ſiue ipm ꝑpter qd ſyllogizet & per immediata. Et accepit (vt mihi vr̄) ſciuerit, pro ſyllogizauerit, vt ſit ſenſus: ſiue ipm qa ſciuerit: hoc eſt ſyllogizauerit per media hoc eſt ꝓpōnes mediatas, ſiue ſubaudi immediatas: ſiue ſubaudi ſyllogizauerit ipm ꝑpter quid & per immediata: ſiue ꝑ mediata: vtroq; modo: neq; ſcit: neq; opinatur ſe ſcire: & hoc qa ꝑ contingētes ꝓpoſitiones ſyllogizat, quas cōtingētes eſſe nouit. Cōcidit aūt hæc tertia diſiunctiua cū prima. Nā licet aliquo modo verbis differat: tn̄ in ſubſtantia concidit cū prima. Vnde diuiſio eſt: qui ſyllogizat neceſſariū ꝑ ꝓpoſitiones contingentes: aut nouit ꝙ propoſitiones ſint cōtingētes: & ſic neq; ſcit: neq; opinatur ſe ſcire. Aut non nouit eas eſſe contingentes, ſed putat eſſe neceſſarias: & ſic non ſcit, opinatur tamen ſe ſcire, hæc de epilogo, & de diſiunctiuis additis, quæ additæ ſunt ad vberiorem doctrinam: non autem ad neceſſitatem.

E Quare dixit neque ꝑpt qd neque quia Themi. & Philopo.

F

G

Accidentium autem non per ſe eo modo quo determinata ſunt ea quæ per ſe competunt, nō eſt demonſtratiua ſcientia. Non enim fit ut neceſſario concluſio demonſtretur, Fit enim ut accidens ipſum non inſit, de tali namq; accidente loquor.

Accidentium uero non per ſe quo modo determinata ſunt ea, quæ ſunt per ſe, non eſt ſcientia demonſtratiua. Non enim ex neceſſitate demonſtrare concluſionem. Accidens enim contingit non eſſe. De tali enim dico accidente.

H Com.76. Continuatio. Cum declaraſſet ꝙ demonſtratio & neceſſaria ſit: & ex neceſſarijs ꝓpoſitionibus: & ex his: quæ ſunt per ſe, quoniam ſecundus modus eorum, quæ ſunt per ſe (vt Philoponus inquit). Ad inſeparabilia accidētia reducebatur, ne quis ex hoc putaret vniuerſaliter inſeparabile accidens demonſtrationem habere, nunc determinat id ipm: & oſtendit ꝙ non eſt ſimpliciter omnium accidentium inſeparabilium demonſtratio, licet ſemper ſubiecto inſit, ſed ſolū quæ per ſe ſubiectis inſunt: & hoc proponit, & inquit. Accidentium autem non per ſe, quo modo determinata ſunt ea quæ ſunt per ſe: hoc eſt. accidentium autem non ꝑ ſe: quæ contra diſtinguuntur accidētibus per ſe dico quo modo determinata ſunt, ea: quæ ſunt per ſe: qm̄ pluribus modis ꝙ dictū ſit: per ſe accipitur. Sed in ꝓpoſito loquor

I de accidente, quod non est per se: modo quo accipimus ipsum per se. Horũ inq̃ accidentiũ non per se: nõ est sciẽtia demõstratiua, nec de his est demonstratio. Sed solũ illorũ, quæ subiectis insunt per se. Probat hoc: & inqt. Nõ enim ẽ ex necessitate demõstrare cõclusionẽ hoc est. Dico illorũ non esse demonstrationẽ: qm̃ conclusio: quæ ex illis conficeretur: non esset necessaria: nec ex ꝓpositionibus necessarijs demonstrabilis: & causam assignat: & dicit. Accidens enim ex quo subaudi conclusio constaret. Contingit non esse in subiecto subaudi, cui inseparabiliter inest. Nam (vt inquit) de tali subiecto dico quod est inseparabiliter subiecto existens: & contingit illi non inesse. Et ita cõclusio quæ ex illo cõstaret, nequaq̃ necessaria erit: nec ex necessarijs demonstrabilis. ¶ Sed dubitares, nã si accidens huiusmodi inseparabiliter subiecto inest: semp̱ inest. Qđ semp̱ inest: non põt non inesse: quod non põt non inesse: necessario inest. Quare si inseparabiliter inest: necessario inest. Et ita talis conclusio cũ sit necessaria: erit demonstrabilis. ¶ Philoponus dicit: ꝙ licet hæc accidentia re ab eorũ subiectis substantijs separari non possint: intentione ac intellectu separari possunt: qm̃ & coruus, & ęthiops põt albus intelligi: eorum substantia non læsa: sed permanente. Et hoc ideo, quia nõ determinatę & vni naturę inest. Nã nigredo põt & coruis: & equis idifferenter inesse. ¶ Et aliter respõdet Philopo. & inquit. Et si æthiopi & coruo inseparabiliter nigredo insit: attamen alijs inesse & abesse p naturã apta est: & qui horũ natura cõtingẽs est & nõ p se rebus existens, demonstratio taliũ non est: qm̃ nõ est possibile demonstrare ex necessitate, & p se p̃dicatũ accñs inesse subiecto substantiæ. ¶ Vnde Them. innuit duplicia esse accidentia. Alia quidẽ separabilia. Alia vero inseparabilia. Et inseparabiliũ alia asserit subiectis per se inesse: q̃cũque secũdũ eorũ naturã subiectũ determinatũ sibi limitant: vt risibile hominem, & nihil aliud, & rudibile asinũ: & nullũ aliũ. Aliã aũt p accñs: quæ licet aliquibus insint inseparabilr, nõ tñ secundũ ipsorũ accidẽtiũ naturã illis insunt: nec oĩbus q̃bus insunt necessario insunt. Sed potius scđm naturã eorũ: q̃bus insunt: inesse necessario videtur.

Dubiũ

K

Solutio Philopo.

Alia solo. Philopo.

L

Quę the. 1. huius cap. 15. Accñã sũt duplicia.

¶ Quãquam fortasse quispiam dubitabit cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet, si non necesse est conclusionem esse. Nihil. n. refert si quispiã quæuis interrogãs, dicat deinde cõclusionẽ.

¶ Et tamen ambiget utiq; quis fortasse. Cuius causa hæc oportet interrogare de his, si non necesse est conclusionem esse. Nihil enim differt si quis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem.

Com. 77.

¶ Dictũ est ex contingentibus non posse fieri demonstrationem: quia ex non necessarijs non concluditur necessarium: Propterea quærit: qua de causa de contingentibus interrogatio dialectica fit. Frustra enim videtur fieri: non enim interrogatio fieri videtur, nisi vt ex illius altera parte præconcessa opponens syllogizet conclusionẽ necessaria. At cum ex contingentibus cõclusio necessaria non deducatur. Ergo frustra de contingentibus interrogatio fieri videtur. Vnde dicit. ¶ Licet ex contingentibus non demonstretur conclusio necessaria. Ambiget tñ & vtiq̃ q̃spiam fortasse: cuius causa hæc. s. cõtingẽtes propositiones oportet interrogare de his: hoc est de conclusionibus necessarijs, Si non necesse est ex illis conclusionem esse. Frustra enim videtur interrogare: cuius causam assignat, & inquit. Nihil enim differt si quis contingentia interrogatus, postea dicit conclusionẽ, qm̃ siue interrogatus: siue non: nunq̃ cõsensu dato: cõclusio erit necessaria. Ergo frustra interrogatio fit. ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ interrogatio dialectica: fit proprie de probabilibus. Probabile aũt est aliqñ necessariũ: aliqñ cõtingẽs, aliquãdo verũ, aliqñ falsum. Multa enim falsa veris: & multa contingẽtia necessarijs ꝓbabiliora sunt: vt dicitur in topicis. Ideo interrogatio fieri põt & de cõtingẽtibus: & de necessarijs: & de alijs, mõ sint ꝓbabilia. Propterea vis rõnis Aristotelis est, ꝙ si ex cõtingentibus non concluditur necessaria conclusio: frustra de cõtingẽtibus fierẽt interrogationes dialecticæ. ¶ Philoponus vero aliter textũ inducit, dicit enim qm̃ dixit accñtiũ non esse demonstrationẽ: nec vt ex quibus: nec vt de quibus: cũ accidẽtia contingẽtia sint: quærit si non contingit accidentium demonstrationem fieri. Propterea quia ex his: quæ aliter se habere possunt: non ex necessitate sequit̃ cõclusio. Cur producimus ꝓpõnes ab accidẽtibus, & syllogizamus: & asserimus ex talibus ꝓpõnibus necessario cõclusiones sequi, cũ sit ostẽsum ex non necessarijs non sequi necessariũ. Et tũc Philoponus interrogare pro producere intellexit. q. d. cum ex accidentibus: quæ eadẽ contingẽtibus sunt non sequatur necessaria conclusio, Cur hæc. s. ꝓpositiones oportet interrogare: hoc est ꝓducere de his: hoc est ex his contingẽtibus: vt necessarias cõclusiones inferamus. ¶ Melius autem expositũ est: vt diximus. Nã subscribens inquit. Nihil enim differt si quis cõtingentia interrogatus: postea dicat conclusionem: qm̃ quauis parte consensu dato, nũq̃ necessaria dabitur conclusio: & hoc si ex non necessarijs necessarium non deducatur. Nam quiuis consensus contingẽs est. Ecce quo mõ p interrogare nõ ꝓducere intellexit: sed interrogare, vt verbũ iacet. Hæc de dubõne.

M

N

Verborũ expositio

Expõ Philopo.

O

¶ At enim interrogare oportet non ut per interrogata necessariũ quicquam sequatur. sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & uere dicere si competant uere.

¶ Oportet autem interrogare. non ut necessarium sit propter interrogata, Sed quod dicere necessarium sit, illa dicenti. & uere dicere, si uere sunt quæ insunt.

P

¶ Rñdet Aris. ad dubõnẽ, & asserit interrogationẽ nõ fieri frustra in contingentibus ꝓpositionibus: qm̃ interrogatio non fit: vt ex consensu dato deducatur cõclusio necessario necessitate cõsequentis, Sed necessitate cõsequentiæ, quæ est necessitas suppõnis: Vnde inquit. ¶ Oportet autẽ interrogare. s. in ꝓpõnibus cotingẽtibus: & accipere rñdõtis cõsensum, Non (vt necessariũ sit) quod infert̃ ex cõsensu dato ꝓpter interrogata hoc est: vt cõclusio necessario deducatur necessitate cõsequẽtis, quæ est necessitas simpliciter. Sed interrogare oportet eo ꝙ dicere hoc deducare necessariam sic: Illa interrogata dicenti: hoc est illis interrogatis concessis, & vere dicere hoc est & vere deducere. Si vere sunt, quæ insunt: hoc est: & vere deducere: Si vera sunt: quæ concedũtur. Sic igitur interrogatio non est frustra, qm̃ licet nõ fiat: vt cõclusio necessario sequatur necessitate simpliciter: quæ est necessitas cõsequentis, facta propter propositionum necessitatem: fit tamen: vt cõclusio sequatur necessario necessitate consequentiæ, quæ est necessitas suppõnis. ¶ Sed videtur ꝙ in demonstratiuis fiant interrogationes: nam (vt in Elẽchis dicitur) disputatio quadruplex est doctrinalis, quæ demonstratiua est, Dialectica: Tentatiua: & Sophistica, Omnis autem disputatio per interrogationem perficitur. ergo in demonstratiuis erunt interrogationes. ¶ Dicendũ interrogationem fieri aliquãdo ad

Com. 78.

Q

Dubitatio 1. elẽc. c. 1

Solutio.

A Interrogatio fit dupliciter. do: ad accipiendum respõdentis cõsensum: Aliqñ ad intelligendũ terminos, vt ex illis ꝓpõ intelligatur. Primo modo fit in Dialecticis: nõ aũt in demonstratiuis: nã ꝓpões demõstratiuæ sunt (vt Themistius inquit) Suapte natura veræ: & necessariæ, ac per se cõcesse. Scdo mõ fieri põt in omnibus, nã demõstrationũ ꝓpões sunt principia. Principia uero intelligũt̃ ex terminorũ itellectu, & sic fieri põt in ipsis interrogatio: vt termini intelligantur quibus intellectis etiam principia intelliguntur.

Tex, 19. *Cum igitur ea quæ per se insunt necessario circa unumquodq; competant genus, & ut tale est quodq;. patet demonstrationes ipsas scientiarum effectrices, de his esse quæ per se sunt competũt & ex talibus extrui atq; constare.*

B *Quoniam autem ex necessitate sunt circa unumquodq; genus, quæcunque per se sunt, et quatenus unumquodq;. Manifestum est qm̃ de his, q̃ sunt p se sciẽtificæ demr̃ones sunt. et ex talibus sunt.*

Com. 79. Cã cur Ari. repetat idem. Lincoñ. cõfutatio. Videt̃ hoc in loco eadẽ dicere Phs, q̃ supius dixit, nã dicit ꝙ non cõtingat demonstrationẽ ex ꝓpõnibus cõtingẽtibus esse: & vtit̃ eisdem rõnibus. Cur vero hoc faciat. Grossatesta cãm assignãs, asserit hoc factũ esse: vt ondat primũ medio. Mediũ aũt postremo secũdum ipm inesse. Quæ cã non vr̃ bene assignata: Nã apud Arist. p se, & secundũ qd̃ ipm idẽ. Et sic nõ põt p id quod est p se, demõstrari id quod est secundũ quod ipsum, nisi idẽ in sui

Quid neoterici. ipsius demr̃atione sumeretur. Neoterici declarant repetitionẽ non esse inutilẽ, ex eo quia primo ꝓbauit demonstrationẽ esse ex his: & de his quæ sunt p se ex medio, qd̃ est necessariũ. Hic ꝓbat ex medio quod est necessariũ ad genus ꝓblematis cõtractũ. Et sic idẽ ꝓbat diuersis rõni-

Refutatio. bus, quare nõ incassa ẽ repetitio. Sed licet declararet nõ

C inutilẽ esse repetitionẽ: non sufficiẽter repetitionis cãm as-

Philopo. signant. Philoponus autẽ nõ incassum hoc repetere Aristo. assignat: qm̃ Aris. vult hinc nos docere ꝙ oporteat demõstrationis ꝓpões ex his ꝓprijs sumere, quę scdm vnũ quodq; genus sunt: circa qd̃ est problema: & nõ demõstrare aliquod Geometricũ Theorema ex Arithmeticis ꝓpõnibus, ecce cãm repetitiõis, quã Philoponus pulchre assignauit. Scdm ergo Philopo. Arist. iterũ declarat ꝙ demonstrationes sint ex his, quæ sunt p se, & ex his q̃ sunt necessaria non simpliciter, sed ex his, quæ sunt necessaria circa vnumquodq; genus: quatenus genus illud tale est, & hoc inqt. Qm̃ aũt quæcunq; p se sunt, ex necessitate sunt circa vnũquodq; genus: & q̃tenus vnũqdq;. s. genus tale est: & subaudi & quæcunq; necessaria sunt circa vnũquodq; genus p se sunt: eadẽ. n. sunt & q̃ per se: & q̃ necessaria ad genus cõtracta. Ex his infert qd̃ intẽdit, &

Enthymema text. inqt. Manifestũ est: qm̃ de his: quę sunt p se: & de talibus, quæ sunt p se sciẽtificæ demr̃ones sunt. Est ergo Enthy-

D mema: q̃ p se sunt: & q̃ necessaria ad genus cõtracta, eadẽ omnino sunt, ergo demr̃o est ex his: & de his: q̃ sunt p se, & necessaria ad genus cõtracta: ex his dico: vt ex ꝓpõnibus, & de his vero, vt de cõclõnibus. Siquis aũt vult: põt syll'm sic cõficere. Ex necessarijs ad genus cõtractis demõstrationes sunt: quæ per se sunt: necessaria sunt ad genus

Verborũ expositio. contracta. Ex his ergo: quæ p se sunt, demonstrationes sunt. Quo vero ad verba attinet, Aristoteles hic per genus, non prædicamentarium genus intelligit. Sed genus scientiæ veluti mathematicum vel physicũ, & non quidẽ genus scientiæ absolutæ: sed vt tale: vtputa mathematicũ, qd̃ est geometricũ vel arithmeticũ. Non enim conclusio geometrica satis est: vt demonstretur ex ꝓpositionibus mathematicis, sed oportet vt demonstretur ex his propositionibus mathematicis, quæ contracta sunt ad geometricũ genus. Propterea dixit quæ per se sunt esse necessaria circa vnumquodq; genus, & quatenus tale, cuius & qualis est Theorema, quod ex illis demonstratur.

Accidentia namq; non sunt necessaria. Quare non fit ut necessario sciatur conclusio propter quid est.

Accidentia enim non necessaria sunt. Quare non necesse est cõclusionem scire propter quid sit.

Com. 80. Conclusit ꝙ demonstratio sit ex his: quæ sunt per se: & hoc, quia necessaria ad genus cõtracta: & quæ per se sunt: eadẽ sunt. At nũc idẽ probat ex eo quod est oppositum ad per se: hoc pacto ex accñtibus non est necesse scire ꝓpter quid Ergo demonstratio non est ex accidentibus, cũ igitur nõ sit ex his, quæ per accidens: sunt ergo demr̃o

F est ex his, quæ per se sunt. Et tunc verbum enim potius confirmatiuum est: vt legatur. n. ꝓ præterea hoc modo. Præterea Accidẽtia nõ necessaria sunt. Nã (vt Philoponus inqt) quæ p accñs insunt: cõtingunt non inesse. Quare: vt inquit, Non necesse est scire ex his conclusionẽ propter quid. Et ita ex his quæ sunt per accidens: demonstratio non constat, ꝙ si ex his: quæ per accidens sunt: demonstratio non constat, constabit profecto ex his, quæ per se sunt: quod est intentum.

Neq; si sit semper, non autem sit per se. Quod ita esse declarãt hæ ratiocinationum quæ per signa conficiuntur. Id enim quod est per se, non per se quisquã sciet, neq; propter quid est. Scire autẽ propter quid est, nihil aliud est quã per causam scire.

Neq; si semper sint, non per se autem. Vt sunt per signa syllogismi, Hoc enim per se est, non per se sciet. Neq; propter quid.

G *Nam propter quid scire, est per causam scire.*

Com. 81. Ampliat quod dixit: Dixit enim ex his, q̃ per accidens sunt: nos nihil posse scire: Ampliat ergo nunc hoc: & inquit. Neq; si semper sint accidẽtia ipsa: nõ per se: autem ex his fieri potest demonstratio. Huius autem exemplum ponit: & inquit, Vt sunt per signa syllogismi: qui quidẽ causas ex causatis syllogizant, vtputa. Luna diuersimode illuminatur. Quod diuersimode illuminatur est: sphæricum. Luna igitur est sphærica. Diuersimode illuminari effectus est: causa vero eius est sphæricum esse. Vult igitur ꝙ nec accidentia: quæ semper insunt subiectis: faciant per se scire. Cuius rationem affert: & inquit. Hoc enim per se est: vtputa Luna est sphærica, nõ tamen qui hoc syllogizat ex diuersis illuminationibus Lunæ: per se sciet, Neq; ꝓpter quid quod idem est. Cuius cãm affert: & dicit. Nã propter quid scire: & per se scire: est per causam scire, vt su-

Supra cõmen. 21. perius dictum est. Modo diuersimode illuminari est accidens, ac Lunæ sphærice effectus. Vnde fit (vt sit scire per

H accidens) vt superius dictum est.

Per se ergo tertio medium, & medio primo inesse oportet.

Per ipsum igit̃ oportet & mediũ tertio, & primũ medio inesse.

Com. 82. Ex his omnibus quæ dicta sunt. concludi Aristoteles ꝙ oporteat medium tertio per se inesse: & primũ etiam medio. Si. n. primum tertio ex necessitate inest: inest autẽ per medium: oportet igitur medium tertio quidem per se inesse, primo vero subijci, vt ita per ipsum etiam primũ demonstretur per se inesse tertio. Quo vero ad verba atti-

Verborũ expositio. net: per primum extremitatem maiorem, & per tertium minorem intelligit: & proprie in prima figura. Quia in alijs figuris: aut non fit demonstratio: aut non propter quid. Per ipm vero: per se intelligit, vt sit sensus ex his, q̃

I dicta sunt: sequi primũ inesse medio per se: & mediũ per se tertio. Tu vero nõ eodem mõ per se, semp intelligas, vt superius pulchre est dilucidatũ. ¶ Ex his quæ dicta sunt: patet primo ꝙ nullũ causatũ facit scire cãm p se. qm̃ oẽ causatũ est accidẽs suæ causæ, mõ per id q̃d est accidens: nihil p se scitur. ¶ Accidit ꝙ scire per se, & scire propter quid idem est. Dixit. n. Aristo. superius ꝙ scire per accidens est scire sophistico modo: asserens per se scire & ꝓpter quid scire idẽ esse. ¶ Præterea Scd̃m The. & Philoponũ scire p se: & scire ꝓpter quid, & scire simpliciter idẽ est. ¶ Auerr. tñ asserit scire simplr̃ esse quoties p mediũ scimus: q̃d est nobis: & naturæ notũ, vt in Mathematicis. Scire vero pp quid: est scire per cãm, quæ est nota naturæ: nobis vero inuecta ex effectu: qui per ipsam demonstratur. ¶ Sed quęres vtrũ aliquod accidens possit esse necessariũ. ¶ Themistius & Philoponus superius non semel dixerunt aliquod accidens posse esse & necessariũ: sempiternum: non tamẽ simplr̃ necessariũ, aut simplr̃ sempiternũ, Sed secundũ q̃d vt candidũ accidens est necessariũ ad hoc: vtputa ad cygnũ: niuẽ. & id genus. non aũt simpliciter ad omnia. Præterea. Albũ ad niuẽ est sempiternũ: non tamẽ ad omnia, cũ sit parieti cõtingens. ¶ Sed tunc dubitant an oẽ accidẽs ꝓpriũ subiectũ habeat? Hoc est vtrum aliquod accidẽs possit esse proprium vni subiecto: & cõe alteri subiecto. ¶ Recẽtiores de Auer. decreto affirmant omne accidẽs esse propriũ alicui. veluti albũ, parieti quidem cõe est: Diaphano autẽ terminato proprium est. Cui opinioni id cõsonum esse videtur, quod Aristo. in physicis asserit. ꝙ omne per accidens ad per se reducatur. Præterea. omne accidens quod per se cãm in subiecto habet: est illi proprium, At nullũ est accidẽs, quin habeat propriã causam in subiecto. ¶ Alij tenẽt oppositũ: asserunt enim accidentia alia esse per se, quæ propria esse affirmant. Alia per accidens: quæ cõmunia, & quidẽ pluribus rõnibus: Prima quidẽ: quoniã contingens respectu vnius nõ potest esse necessariũ respectu alterius: vt secũdo physicæ auscultationis: inquit Auer. ¶ Secũda vero: qm̃ hoc cõcesso: semper ad alicuius accidentis corruptionem, aliqua substantia corrumperetur. Cuius contrariũ videtur asserere Aris. eo libello, quẽ de longitudine, & breuitate vitæ inscripsit. ¶ Præterea. & tertia rõne idẽ probant. ꝙ nullũ oppositũ de suo opposito p̃dicabitur. Accidẽs autẽ per accidens est oppositũ accidenti per se, Igitur non põt respectu alicuius esse per se. ¶ Quarta deniq; ratione, quoniã omne accidẽs ꝓpriũ esse per se: omne per se est simplr̃ necessariũ (vt Themistio placet) & sic omne accidẽs per accidẽs esset simpliciter necessariũ. ¶ Animaduerte pro dilucidatione, ꝙ res & cã sic combinantur: nã aliqua est res necessaria, & cã cõtingens: vt cœlestis calor res quidẽ necessaria est, animaliũ autẽ & stirpiũ: causa per accidẽs. Aliqua est res necessaria: & cã necessaria, vt cœlestis densitudo res quidem necessaria est, causa etiã necessaria lucis. Aliqua est contingẽs, & cã contingens: vt cursus, qui res contingens est: & sanitatis causa contingens. Aliqua vero contingẽs, & cã necessaria: vt distẽperantia humorũ res quidẽ cõtingẽs est, mortis vero causa necessaria. ¶ Præterea Animaduerte ꝙ subiectũ aliquãdo apud Philosophos pro materia, cui accidẽs inhæret. accipit̃. Et sic substãtia accidentiũ subiectum dicitur. Aliquãdo ꝓ causa, & hoc pacto phãtasma Auer. 3. lib. de anima subiectũ intellectionis vocat: nam phantasma cã est intellectionis. ¶ Tunc dicendũ has opiniones conciliando: ꝙ non sit aliquod subiectũ in rerũ natura, q̃n habeat ꝓpriũ sub̃m, accipiẽdo subiectũ ꝓ cã: quæ sit illius necessaria cã aliquo mõ dictorũ. Et sic fortasse primi intellexerũt. At si subiectũ intelligat̃ ꝓ materia: cui accñs inhęret. Sic nõ omne accidẽs propriũ subiectũ habet: vt rationes concludunt. Et sic fortasse secũdi intellexerũt: tu vero si melius habes melius dicas.

Margin notes (left): Corol. 1. — 2. Corol. Text. 5. — Dubõ. Rñ. The. & Philo. — K — Alia dubõ — Solo Recentiorũ. — L — Opi. aliquorum. — 1. rõ sua. — Com. 48, 2. ratio. — 3. ratio. — 4. ratio. — Nota hæc — M — Com. 51.

N

¶ *Non igitur fieri potest ut ex alio genere quisquã in aliud trãsiens quicquã demonstret, ueluti conclusionem geometricã, arithmetica demonstratione.*

¶ *Non igitur est ex alio genere transeuntem, demonstrare, utputa geometricum, arithmetica.* Text. 20.

¶ Iuniores asserũt nũc Arist. velle demonstrare: ꝙ demõstratio non ex extraneis, sed ex proprijs constet. Philoponus vero sic textũ introducit: ꝙ cũ Arist. demõstrasset ꝙ demõstratio & necessaria sit: & ex necessarijs, & ꝙ sola q̃ per se sunt, necessaria sint, nũc corollariũ cõcludit. Et corollariũ secũdũ eũ est hoc: ꝙ non contingit demõstrationes, quæ alteri cupiã sciẽtiæ conueniunt: conuenire in alia, hoc est (vt exponit) ꝙ nõ possibile est demonstratione: q̃ demonstrauimus geometricum aliquod theorema: ea ipsa Arithmeticũ demonstrare. Clarius autem corollarium est hoc: quod non sit possibile vt cõclusio sit vnius gñis: & propositiones alterius: vtputa cõclusio sit geometrica: & propositiones, ex quibus demonstratio constat: quę illam demonstrat: sint arithmeticæ. Et hoc inquit. Non igit̃ est ex alio genere transeuntem: demonstrare: vtputa geometricũ. Theorema arithmetica a demonstratione. ¶ Vnde vero corollariũ istud inferatur, Placet Themistio ꝙ hoc inferatur ex proximo dicto, hoc modo: si necesse est medium infimo: & primum medio per se inesse: Manifestũ est demonstrationes de genere vno in aliud migrare aut conferri non posse. Verbi causa: vt geometricæ propositiones arithmeticis conclusionibus congruant. ¶ Philoponus deducit & ex eo ꝙ demonstratio sit necessaria ex necessarijs, & ex eo ꝙ sola ea quæ per se sunt: sint necessaria ad genus contracta. Ex his enim concludit non posse cõclusionẽ esse in vno genere: & ꝓpositiones in alio. ¶ Quo vero ad verba attinet, verbum transeuntem in antiquis translationibus legitur descendentem: græce tamen Metananta legitur: hoc est transeuntem, Nam descendere est a superiore, quod Aristo. concedet: Ideo melius transeuntem legendum est.

¶ *Tria nãq; sunt quæ in demonstrationibus insunt. Vnum id q̃d demonstratur inesse. Hoc autem est id alicui per se generi competit. Aliud dignitates. dignitates autem ea sunt, ex quibus fit demõstratio. Tertium est genus ipsum subiectum, cuius affectus accidentiaq; per se demonstratio patefacit.* Q

¶ *Tria enim sunt in demonstrationibus, Vnum quidem, quæ demonstratur conclusio. Hoc autem est, quod inest alicui generi per se. Vnum autem, dignitates. Dignitates autem sunt, ex quibus est demonstratio. Tertium autem genus, subiectum, cuius passiones, & per se accidentia ostendit demonstratio.*

¶ Cum dedisset corollarium: nunc vult illud altius: ac facilius delucidare, & vt hoc faciat: prius diuisionẽ fecit (vt Philoponus inquit) eorum. quæ in demonstrationibus assumuntur: quam quidem diuisionẽ ab initio fecit eo textu, qui est. Dupliciter autem necessarium est præcognoscere. ¶ Verum Recentiores asserunt Aristo. facere hanc diuisionem, quod tria sint in demonstrationibus, conclusio videlicet dignitates, & subiectum. ¶ Quæ diuisio satis videtur

Margin notes (right): Cõciliatio primæ opinionis cũ secunda. — Com. 53. Intentio Aris. secũdũ Iuniores. Introductio Phi. — O — Vñ infera tur corol. text. Themi. — P — Philopo. — Verborũ expositio. — Com. 94. — Sup. tex. 2 Quæ Recẽtiores de diuisione. Qualis diuisio.

A detur verbis Aristo.cōsonare.Nō tñ reuera cōsonat,qm̃
conclusio nō est demōstrationis pars: sed aliud quidpiã
eueniens de necessitate.⁋Propterea Themistius & Philo-
Themi. &Philo. ponus aliter diuisionem:quam Arist.pręmittit,intelligũt.
Et asserunt tria esse quæ in demonstrationibus assumun-
tur:& ea:ex quibus demonstratur conclusio: quæ græce
Axiomata dicuntur,latine Dignitates.Et conclusionis su
biectus terminus.& eiusdem quæsitus de subiecto prædi
catus.Vnde Arist.inquit.⁋Tria n.sunt, quæ in demōstra
tionibus Assumuntur: Vnũ quidē,quæ demonstratur:cō
clusio:hoc est prædicatus in conclusione terminus: quem
demonstratio aut in esse subiecto,aut non in esse ostendit.
Exponit autē cui hic prædicatus terminus insit, & dicit,
Hoc aũt est:quod inest alicui generi per se, idem hic præ
dicatus terminus est:qui inest alicui subiecto alicuius con
B clusionis per se. Sumpsit.n.genus:p subto cōclusionis(vt
Philoponus exponit)vt etiã multis in locis dicere cōsue-
Sup.tex.2 Com.5. uit Aristo. Appellauit aũt Philoponus textu illo)Dupli-
citer aũt necessarium est p̃cognoscere) p̃dicatũ cōclonis:
quæsitũ:hic vero Arist.quæ demonstraẽ, cōclonē voca-
uit.Deinde exponit secũdũ & inquit. Vnũ aũt dignitates
hoc est secũdũ eorũ:quæ in demonstrationibus assumũẽ,
sunt dignitas,quas exponit:& inquit.Dignitates aũt sunt:
ꝓpositiones:ex quibus est demōstratio.Exponit vero &
tertiũ.& inquit.Tertiũ aũt genus subiectũ hoc est subie-
ctus in cōclusione terminus,quod Philoponus textu quo
supra:appellauit datũ,concessum,cuius(vt inquit) passio
nes,& per se accñtia ostēdit demōstratio. dixit passiones,
& per se accidentia:vt alterũ alterius sit expositiuũ .q.d.
cuius passiones:hoc est per se accidentia ostendit demon-
C stratio.⁋Sic igiẽ vult tria esse:q̃ assumũtur in demōstratio
nibus.p̃dicatũ & subtum cōclonis:& dignitates , vel sub
alijs verbis concessum,& quæsitũ:& principia,quæ in ip
sa inuentione:Maiores ꝓpositiones sunt,sub quibus mi-
nores ex inuentione accipiuntur . In ipsa vero doctrina
vel disciplina,quæ ab alio habetur:sunt prima principia:
quæ possunt esse cōia pluribus sciẽtijs, & ꝓpria vni de-
mōstrationi:vt dicemus.Tacuit autem mediũ, qa pars est
Axiomatũ.Medium enim multiplicatũ propositiones ge
nerat:ex quibus demonstratio est.

⁋Fieri igitur potest ut ea quidem, sint eadem e quibus fit demō stratio. At quarum genus diuersum est,ut arithmetice geometrie que,in hisce fieri nequit ut ad ea quæ magnitudinibus accidunt ac= commodetur arithmetica demonstratio,nisi sint ipsæ magnitudines
Vero eni. *numeri.Hoc autem ut in quibusdam fieri potest,posterius expli= cabitur. Arithmetica uero demonstratio semper in se genus id ha bet,circa quod ipsa uersatur cæteræq; similiter.*

⁋Ex quibus igitur demonstratio fit,contingit eadem esse.Quorũ
D *autem genus alterum est,sicut arithmeticæ & geometriæ,non est arithmeticam demonstrationem accidentibus conuenire , quæ in magnitudinibus sunt.Nisi magnitudines numeri sint.Hoc autem quo modo contingat in quibusdam. Posterius dicetur. Arithmetica uero demonstratio semper habet genus circa quod demonstra= tio fit, & aliæ similiter.*

Com.85. Expositio Philopo. ⁋Verbũ igitur(vt Philoponus sentit) Aduersatiue legen
dum est:hoc modo,vt velit Arist. ponere differentiã in
ter ea tria:quę in demōstrationibus assumuntur quatenus
Axiomata cōia esse possunt diuersis sciẽtijs: subiectũ &
p̃dicatũ non,Sed cuiq; sciẽtiæ propria. Vnde inqt. ⁋Sed
ex quibus demōstratio fit:cōtingit eadē esse:hoc est. Axio
mata:quę maiores propositiones sunt in syllogismis.Nã
hoc Axioma,quæ eidē sunt ęqlia:& inter se sunt æqualia E
geometriæ,& arithmeticæ cōe est Exponit deinde ꝙ su-
biecta & prædicata nō possunt esse eadē:& dicit. Quorũ
autē genus.s.subiectũ est alterũ:hoc est, quarũ autē scien-
tiarũ subiectũ est diuersum : In his subaudi non contingit
eisdē ꝓpositionibus minoribus inq̃ vti (vt Philoponus
exponit)Sicut Arithmeticæ:& geometrię:quatenus arith
meticæ numeri geometriæ magnitudines subiecta sunt:
Et ꝓpter hãc inquit differentiã subiectorũ nō est arithme
ticã demōstrationē accidentibus cōuenire:quæ in magni
tudinibus sunt.Nisi magnitudines numeri sint (vt Pitha-
gorici dixerũt)qđ falsum ē.Cãm affert Philoponus quo
niã diuersis existẽtibus subiectis generibus:neq; p̃dicatum
accidens idē est:non enim possibile est idem prædicatum F
accidens de vnoquoq; diuersorũ generũ vlr & per se p̃-
dicari:vt prius dixit. Sed qm̃ in scientijs subalternis hoc
fieri pōt,ideo dicit:Hoc autē qũo cōtingat in quibusdã,
posterius dicetur. Qm̃ in subalternis scientijs pōt demon
stratio altioris scientiæ conuenire accidentibus inferioris
scientiæ.Deinde(vt sentit Philoponus) cãm assignat eius,
quod dixerat.Dixerat enim ꝙ non contingat eas:quę in
alia scientia assumptæ sunt minores propositiones:In alia
conuenire:nũc hoc cōprobat(vt Philoponus inqt) & le
gendũ est autē aduersatiue:sed causaliter:hoc pacto , nam
scientia arithmetica semper habet genus propriũ:circa qđ
demonstratio fit:& aliæ scientiæ similiter habẽt genus ꝓ
priũ:circa quod versantur oēs demōstrationes. Ergo ꝓ-
positiones minores non possunt esse cōes vtrisq; scientijs:
nisi illæ subalternæ essent. Abiunctis enim & penitus di-
uersis nequaq̃ communes esse possunt,Et accepit semper G
pro vniuersaliter. Vniuersaliter.n.in omni arithmetica de
monstratione idem genus assumitur . ⁋Ex his ratio pōt Sylls tex.
hoc pacto cōponi.Subiecta & p̃dicata propria sunt. De
monstratio constat ex subiecto & prædicato . Igitur de-
mōstratio est ex ꝓprijs.Pōt tñ secũdũ qđ ex cōibus con-
stare,& sic patet:corollariũ videlicet ꝙ non cōtingat trã
sire de genere in genus.⁋Animaduertendũ secũdũ Philo Notabile.
ponũ:ꝙ diuersæ scientiæ genere:& omnino abiunctæ:vt
sunt geometria & arithmetica vti possunt eisdē ꝓpositio
nibus.s.maioribus,vt est illa quæ eidem sunt æqualia, in
ter se sunt æqualia.Eisdē vero ꝓpositionibus minoribus
nequaq̃.Cuius causa est , quoniam subiecta sunt diuersa,
& accidentia prædicata diuersa . Et sic minores non pos=
sunt eędem esse vtrisq;:nisi scientiæ subalternæ essent, Vt
posterius dicemus.Et tunc legēdus est textus hoc modo.
⁋Ex quibus autem demonstratio fit.s.maiores proposi-
tiones,contingit eadem esse & communia diuersis generi
bus scientiæ.Et licet maiores possunt esse eędem: quorũ
tamen,hoc est quarum tamen scientiarum subiectum ge- H
nus est alterum: minores nō possunt esse eædem & com
munes , sicut dicemus:nisi essent subalternæ.quarũ diuer
sarũ sciẽtiarũ maiores eędē eē pñt,minores vero:minime.

⁋Quare si transire migrareq; debeat demonstratio,aut idem ge= nus simpliciter,aut aliqua ex parte,necesse est esse.

⁋Quare aut simpliciter necesse est idem esse genus , aut aliquo Descēdere Migrare.
modo. Si debeat demonstratio descendere.

⁋Cũ cōpleuit rōnē:per quã corollariũ ꝓbauit:nunc ostē Com.86.
dit:qũo licet descendere de genere in genus.& deducit,qđ
hic dicit:ex dictis.Et propterea vtitur verbo quare,& in
quit. ⁋Quare (si debeat demonstratio descendere) ita vt
eisdē demonstrationibus in diuersis scientijs vtamur: ne-

I cesse est idem esse genus earũ sciẽtiarũ aut simpliciter: Vt puta in eadẽ scientia: vt in geometria: vbi(vt Philoponus inquit) semper priora Theoremata fiunt principia, & propositiones posteriorum. Quod.n.in priore Theoremate demonstratum est, id ad demonstrationem posterioris assumptũ ẽ: & ita in omnibus. Aut aliquo mõ, hoc est: aut necesse est vt genus earũ idẽ sit aliquo mõ, veluti ẽ in subalternis sciẽtijs, q̃ sunt eiusdẽ generis non simpl'r sed aliquo mõ, quatenus genus vnius sub genere alterius cõtinetur: patet igitur quo modo licet descendere.

¶ Aliter uero patet fieri non posse. Quare aut simpliciter necesse est genus idẽ esse, aut sic, si debet demonstratio descendere, aliter autem impoßibile esse manifestum est. Ex eodem.n genere. ipsa ex
K *trema & media necesse est esse. Nam si non sint per se accidentia erunt profecto.*

¶ Aliter uero quoniam impoßibile manifestum est, ex eodem enim genere, necesse est ultima, & media esse. Si.n. non sunt per se, accidentia sunt.

Com. 87. ¶ Nũc ostendit q̃ impo'e sit secundũ aliũ modũ demr̃ones migrare ab alijs in alias sciẽtias: quasi rediẽs ad id: q̃d prius dixerat: dixit.n. q̃ non possunt ꝓpõnes esse vnius sciẽtiæ: & cõcl'ones alterius: vt geometriæ ꝓpõnes: Arithmeticæ: vero cõcl'ones, nisi(vt dictũ est) sciẽtiæ sint aliquo
Philopo. mõ eiusdẽ generis hoc est subalternæ. Probat aũt hoc: vt Philoponus pulchre exponit: terminis in demr̃one tribus assumptis: duobus quidẽ extremis. Vno autẽ medio. At hos oẽs necesse est assumi ex eodẽ genere. vtputa, in arithmetica quidẽ ex numeris: In geometria vero ex magnitu
L dinibus, & in alijs eodẽ mõ. Assumptũ ẽt est, q̃ p̃ se oportet & extremos terminos adinuicẽ p̃dicari: & mediũ, huic quidẽ subijci, de illo ãt p̃dicari quare si nõ ex eodẽ genere assumpta hæc fuerint, nõ erunt per se adinuicẽ: sed per accidens. Non enim extremitas maior de medio: nec mediũ de minore p̃ se prædicabitur: Sed extranee. atq; per accñs. Vnde inquit. Aliter vero, q̃ impo'e sit: Manifestũ est: hoc est. Impo'e est secundũ aliũ modũ demr̃ones migrare ab alijs, in alias sciẽtias: sed solũ: (vt dictũ est) quãdo sunt subalternæ. Probat & inq̃t. Ex eodẽ enim genere necesse est vltima, & media esse. Non.n. possunt extrema esse de genere magnitudinũ, Media vero de genere numerorũ: alioquin non per se maior extremitas de medio: nec mediũ de minori extremitate per se p̃dicaretur. Hoc de
M struit, & inquit. Si.n. non per se subaudi inuicẽ prædicaretur essent subaudi inuicẽ accidẽtia. q̃m de medio maior: & de minori mediũ p̃ accidẽs p̃dicaretur: & sic demõstrationes non ex his: quæ per se sunt: fierẽt, Sed ex his: quæ sunt per accidens: Cõtra ea: quæ diximus. Quare impossibile: vt migratio fiat de vna scientia in alteram penitus ac simpliciter diuersam.

¶ Quocirca fieri non potest, quo geometria contrariorum unam scientiam esse, uel duos cubos cubum esse demonstret: aut alia quæuis scientia, id quod ad aliam pertinet, nisi in hisce quæ sic inter sese habent ut altera sub altera collocetur, quo pacto ad arithmetica musica, ad geometriam perspectiua se habet.

¶ Propter hoc geometriæ non est demonstrare q̃ contrariorum una sit scientia. Sed neq; q̃ duo cubi sit unus cubus, neq; alterius scientiæ quod alterius est, Sed aut quæcunq; sic se habent adinuicem, ut q̃ alterum sit sub altero, ut perspectiua ad geometriam, & musica ad arithmeticam.

Com. 88. ¶ In specie quasi exemplo exponit quod dixerat, & inq̃t.
¶ Propter hoc geometriæ non est demonstrare q̃ contrariorũ vna sit scientia. Demõstrare.n. q̃ cõtrariorũ vna sit N
scientia: non est proprium geometriæ: q̃m nõ ex subiectis geometriæ assumpti sunt termini. Potius ãt (vt Philoponus inquit). Dialecticæ est illud demonstrare, quæ quidẽ primã imitans philosophiã: omnia demõstrare tẽtat: tãquã omnia ipsi subiecta sint. Est.n. dialectica de cõibus q̃busdã omnibus sciẽtijs. Assignat secundũ exemplũ, & inquit, Sed neq; q̃ duo cubi sit vnus cubus geometriæ, videlicet est demõstrare: sed potius steometriæ. Nam geometria quidẽ circa superficies speculationẽ habet. Stereometria vero circa solida ac corpora. Cubus.n. subiectũ ẽ stereometriæ. ¶ Quo vero ad verba attinet. cum dicit: q̃ duo cubi sit vnus cubus: intelligit cubũ duplare, & iterũ remanere cubi figurã: vt Philoponus exponit. Vr̃ autẽ per hoc(vt Philoponus exponit) Diuulgatam obscure lo qui historiã. Delijs.n. peste laborantibus Oracula respõdit Apollo: liberari a peste, si altare duplabũt cubicã habens figurã: Illi vero erexerunt: addẽtes priori altari: alterum cubũ æqualem: Sed duorũ cuborũ cõpõ cubi figuram alterauit. Facta enim ẽ pro cubo trabs: Peste vero nõ cessante: responsum dedit deus. Ipsos nõ fecisse quod imperatũ fuit: Nã ipse quidẽ præcepit duplare cubũ hoc est altare emoliri cubicũ prioris duplũ: Illi vero cubũ supra cubũ posuere. Venerẽt igitur ad Platonẽ quærẽtes methodũ: quo pacto vtiq; cubũ duplaturi essent: illi vero ad eos inquit. Vr̃.n. vobis ꝓbro dare deus: Vtpote negligẽtibus geometriã. Duplatio.n. cubi inuenietur inquit si duarũ rectarũ linearũ duæ medię ꝓportionales inueniẽn̄t. Et hoc ꝓblema discipul' proposuit, qui quidẽ de hoc scripserunt vnusquisq; pro viribus, quorũ nec quicq; hucusq; saluatur. Nõ.n. geometra de hoc notauit, Sed stereometra, q̃d quõ demõstretur, Philoponus longo sermone exponit: nobis ãt illud sit satis, q̃ huius demr̃o stereometrica: est ñ ãt geometrica. Demũ amplificat q̃d dixit, & inquit. Neq; alterius sciẽtiæ est demõstrare quod est alterius: Sed aut solũ hoc facere p̃nt subalternæ: quæcunq; sic se habẽt adinuicẽ: vt q̃ alterũ sit subalterũ, vt perspectiua ad geometriã, & musica ad arithmeticã. ¶ Vbi animaduersione dignũ tria requiri ad scientiarũ subalternationẽ. primo quidẽ q̃ sub̃m sit sub sub̃to: Et hoc pacto geometria arithmeticæ nõ subijcitur: q̃m altera de nũero altera de magnitudine agit. 2. loco q̃ sub̃tum inferioris superaddat subiecto superioris differentiã accidentalẽ, hac rõne sciẽtia, q̃ ẽ de specie sciẽtiæ quæ de genere est nõ subalternatur tertio deniq; q̃ conclusiones scientiæ superioris sint principia conclusionũ sciẽtiæ inferioris. Et hac ratione nec physica: nec mathematica subalternatur metaphysicæ.

Verborũ expositio.

O Historia de appolis hara.

P

Ad sciãr subalterna tionẽ tria requirunt.

Q

¶ Neq; si quid lineis inest, non ut lineæ sunt pro priorumq; ratione principiorum geometria demonstrat. Veluti si pulcherrima linearum sit linea recta, aut si sese habet ad circũferentiam contrario modo. Non.n. hæc ratione proprij generis ipsarum, sed cuiusdam communis competunt.

¶ Neq; si aliquid inest lineis non secundum q̃ lineæ sunt, neq; in quantum ex proprijs principijs. Vt si pulcherrima linearum recta est. aut si contrario modo se habet circulari. Non enim secundũ q̃ proprium ipsarum genus est. Sed inquantũ cõmune quoddã est.

¶ Sed quæret fortasse vtrũ omnia quæ lineis insunt: geometræ sit demr̃are. Rñdet q̃ nõ, q̃m nõ ea demr̃at q̃ lineis insunt p̃ accñs: & nõ inquãtũ lineæ sunt. Vñ inquit. Com. 89.
¶ Neq; si aliquid inest lineis nõ secũdũ q̃ lineæ sunt, neq; inq̃tũ ex ꝓprijs principijs linearũ fluit, est subaudi geo=
metrę

A metræ demr̄are. Vt si pulcherrima linearū recta est, hoc nō ē geometrę demr̄are. Qm̄ pulchritudo nō q̄tenus linea est, inest, multis ēt alijs inest. ☞ Quo vero ad verba attinet. Dixit rectā esse pulcherrimā, cū circularis pulchrior sit: qm̄ similaris ē, & q̄libet pars ipsius circularis cuilibet parti correspōdet, & ita dixit rectā esse pulcherrimā ꝑ modū q̄siti, non ꝑ modū determinationis. Tangit scd̄m & inq̄t. Aut si cōtrario mō se hēt circulari hoc est nec geometrę est demr̄are ꝙ linea recta sit cōtraria circulari. Non. n. secūdū ꝙ ꝓpriū ipsarū genus est. s. linea: hoc est, non. n. lineis scd̄m lineæ sunt. Inest cōtrarietas, aut pulchritudo. Sed inest lineis. Inquantū illis cōe quoddā est, Nā alijs ēt multis hæc insunt. Quare geometrica sciētia nō considerabit talia: non. n. sunt ꝓpria neq; prima subti gn̄is. Ea. n. insunt lineis ꝑ quandā rōnē cōem alijs multis. ☞ Quærūt q̄ sciētia demōstret illas, linea recta est pulcherrima: & linea recta, & circularis sunt cōtrariæ. ☞ Recētiores dicūt primā a metaphysico demr̄ari hoc pacto: quod mundū mēsurat, est pulcherrimū. Linea recta mēsurat mundū. Ergo linea recta est pulcherrima. Cōstat aūt hāc demr̄onē esse metaphysicā. Secundā vero ꝓbat physicus & metaphysicus. Metaphysicus quidē hoc mō: Discrepans ab extremis: & æquū cū extremis sunt contraria. Recta linea est æqua cū extremis: & circularis discrepat ab extremis. Ergo recta & circularis sunt cōtrariæ. Physicus vero sic, lineæ supra quas motus cōtrarij fiūt: sunt cōtrariæ. Linea recta: & linea circularis sunt lineæ supra q̄s cōtrarij motus fiunt. Ergo sunt cōtrariæ: ☞ Ego vero dicerē oēs has rōnes esse ꝓbabiles: & oēs ꝑtinere ad physicū: potius q̄ ad metaphysicū. Prima. n. pertinet ad physicū: quia de mundo: & mūdi mensura ad physicū pertinet. Secunda etiā, quia physicus considerat extrema & media, ꝙ primo de generatione patet. Tertia etiā, quia motus: physicus cōsiderat. Secūdo dicerē ꝙ Arist. (vt Philoponus inquit) non dicit rectā esse pulchriorē circulari. Sed id: quod dixit, ꝓblematice: atq; exemplariter dixit. ☞ Secundo querūt. Vtrū metaphysica, & dialectica possint descēdere in scientias speciales: vt in physicam & mathematicā. ☞ Recentiores dicūt duo: quorū primū est: ꝙ metaphysica bene pōt in illas descendere. Secundū vero est: ꝙ dialectica nō possit. Primū probant. Primo quidē q̄a subto metaphysicæ subiecta omniū scientiarū subijciunt̄. Secūdo loco quia metaphysica regulat omnes alias sciētias, vt proœmio metaphysicę dicit Aristo. Tertio loco: qm̄ metaphysica probat principia sciētiæ naturalis contra Parmenidē: & Melissum. Postremo Alacen libro secūdo suæ perspectiuæ: probat omne totū maius esse sua parte rōne metaphysica. Secundū vero probāt, quia subiectū dialecticę est syllogismus: sub quo cæterarū scientiarū subiecta nō continentur. ☞ Sed hæc nō videtur bene dicta. Qm̄ vel loquuntur de descēsu subalternatiuo, quo subalternans in subalternatā scientiam descendit. Vel de descēsu disputatiuo, quo scientia cōis in speciales scientias descēdit. Primo modo quidē, falsum est quod dicunt. Nā nulla scientia genere ab alijs diuersa, in illas descēdit. At metaphysica genere differt a cæteris: vt. 6. metaphysice dicit, igitur in illas non descendit. Secundo etiam mō falsum est, qm̄ etiā dialectica viam habet disputandi contra negantes principia omnium scientiarum: vt dicit primo topicorum libro. ☞ Quare dicendū est descensu disputatiuo, tam dialecticam: q̄ metaphysicā descendere posse in omnes. Sunt enim scientiæ cōmunes

Verborū expositio.
B quæsitū. 2.
Rn̄. Iuniorum.
ꝓpria. rn̄.
C
2. quęsitū.
Rn̄. Recē.
D
Cōfutatio.
Tex. c. 2. & 3.
Cap. 2. ꝓpria rn̄.

metaphysica qdē q̄a eius subiectū de oībus ꝑdicat̄. Dialectica vero, q̄a eius subm̄ omnibus applicari potest. B

☞ Pateat autem si propositiones sint uniuersales ex quibus fit ratiocinatio. necessario conclusionem quoq; perpetuam esse demonstrationis talis, & demonstrationis omnino.

☞ Manifestum autem est, et sint propositiones uniuersales. ex quibus est syllogismus, ꝙ necesse est & conclusionem perpetuam esse huiusmodi demonstrationis. & simpliciter, ut est dicere, demonstrationis. Tex. 21.

☞ Philoponus asserit Arist. velle ex his: q̄ dixit demonstrare ꝙ nullius corruptibiliū contingat demōstrationē esse. Demonstrat aūt hoc ꝑ tale Enthymema: demōstrationes sunt ex his: quæ ꝑ se, & ex his quæ necessario insunt. Ergo nō posse est aliquod corruptibiliū demonstrare. Nā (vt Philoponus subaudit) corruptibilia nō sunt ex his: q̄ ex necessitate insunt. Sed ex his: quæ quandoq; quidē insunt: quandoq; vero minime. Vnde inquit. ☞ Manifestum aūt est: & si sint ꝓpositiones vl'es hoc est necessariæ per se: & vl'es, ex quibus est syllogismus hoc est demōstratio: ꝙ necesse est & conclusionem perpetuam esse: talis demonstrationis subaudi, quæ est ex vl'ibus per se & necessarijs propositionibus. Et ne quis dicat solū conclusionē necessariā esse eius demonstrationis: quæ est ex vniuersalibus: subscribit: & simpliciter demonstrationis, vt est dicere: quasi dicat necesse est non solū demonstrationis quæ est ex vniuersalibus: conclusionem esse perpetuam: sed etiam simpliciter cuiuslibet demonstrationis vt est dicere. Est ergo Enthymema. Si propositiones demonstrationis sunt vniuersales: hoc est per se & necessariæ: & secundū ꝙ ipse: cōclusio demonstrationis est perpetua. Sed propositiones demonstrationis sunt necessariæ per se: & secundum ꝙ ipse: vt probatum est. Ergo conclusio demonstrationis est perpetua. Et sic a positione antecedentis ad positionem consequentis habetur intentum.

Com. 90. Expositio Philopo.
F
Enthymema text.
G

☞ Non est igitur eorum quæ intereunt demonstratio, neq; scientia simpliciter, sed tanquā per accidens. Quia non est ipsius uniuersaliter, sed aliquo in tempore, & quodam etiam modo. atq; cū est, necesse est altera propositionem non uniuersalem esse, atq; caducam. caducam, quoniam & ipsa cōclusio talis cum illa est. Nō uniuersalem, quoniā quoddā non erit eorum, quæ subiecti subeūt rationē. Quare fieri nequit uniuersaliter ratiocinatio, sed hoc in tempore tantum.

☞ Non est ergo demonstratio corruptibilium, neq; scientia simpliciter. Sed sic est sicut secundum accidens, quoniam non uniuersalis ipsius est, sed aliquando & sic, Cum autem ita sit, necesse est alteram non uniuersalem esse propositionē, & corruptibilē. Corruptibilem quidē, quoniam & conclusio est, Non uniuersalē autē, quoniam hoc quidem erit, hoc autem non erit, in quibus est: quare non est syllogizare uniuersaliter, sed quoniam nunc est. H

Alia vir.

☞ Cū conclusit ꝙ nullius corruptibiliū sit demr̄o: & posset quis quærere. Vtrum aliquo pacto rei corruptibilis sit demonstratio. Ideo respondens inquit. ☞ Non est ergo demonstratio corruptibilium: neq; scientia simpliciter. Et hoc fuit conclusum: tunc quasi respōdens ad id: quod quis quærere posset, inquit. Sed rei vel conclusionis corruptibilis sic est demonstratio: vel scientia simpliciter. Sicut secundum accidens, & sic cōclusionis corruptibilis demonstratio nō est per se. Sed solum per accidens, dixit nō est demonstratio, neq; scientia simpliciter. Vt alterū alterius sit expositiuū. Idē. n. est demr̄o, & sciētia simpliciter: Com. 91.

I dixit hoc qm̄ demr̄o est via, scientia vero est effectus demōstrationis. Amplius recte nō dixit p accn̄s: sed velut p accn̄s. (vt Philop. animaduertit) qm̄ huius cōclōnis Socrates est animal: demr̄o quidē nō erit, qm̄ Socrates corruptibilis est: & sic nullo mō illius demr̄o est, mō aūt quodā demōstratio est illius p accn̄s, q̄tenus huius est demr̄o oē animatū sensitiuū est animal: nā animatū sensitiuū per se & primo est animal. Sed qm̄ Socrates interdū ē animal, & nō semp, mō quodā per accn̄s est animal, & ita dixit velut p accn̄s: q̄tenus mō quodā p accn̄s est animal: est. n. p accidēs animal: qa nō primo mō vero quodā, qa non semper, sed interdū. Deinde probat hoc: hoc mō sit ita q̄ demonstratio sit conclusionis corruptibilis per se: & proprie. Cū ita sit, necesse est alterā ꝓpōnē. s. minorē nō vl̄em esse ꝓpōnē & corruptibilē, vt primo priorū declaratū ē.

K Cap. 7. Ibi. n. dictū est: q̄ cōclōne exn̄te particulari in prima figura: minor sit particularis. Et si cōclusio sit corruptibilis, ēt minor erit talis. Exponit vtrūq;: & inquit. Corruptibilē: quidē: qm̄ & cōclō est subaudi corruptibilis, nō vl̄em aūt qm̄ subm̄ cōclōnis hoc quidē erit, hoc aūt nō erit. In quibus est, cū. n subiectū particulariter accipitur. Aliqua eorū, de q̄bus p̄dicat̄: erunt, aliqua non erunt. Hinc concludit, ex opposito oppositū: & inquit. Quare non est syllogizare vl̄r. Sed qm̄ nūc est: hoc est sed particulariter, dū illud est: non. n. Socrates est animal per accn̄s semper: sed dū est. ☞ Est ergo vis rōnis. Si demr̄o est cōclōnis corruptibilis: demr̄o non erit ex minore vniuersali: & incorruptibili: vt deductū est: & si demr̄o non erit ex minore vl̄i: & incorruptibili: demr̄o nō erit syllogizans vl̄r: sed qm̄ nūc est: & ita demr̄o non erit demr̄o. ☞ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte q̄ inuenit̄ (vt Philop. inquit) duplex scriptura. Altera est: qm̄ non vl̄is ipsius est. Altera: qm̄ nō vl̄ter ipsius ē: & vtraq; stare potest. Nā cū dixisset: demōstrationem esse corruptibiliū sic secundū accn̄s. Assignat cām, quare est corruptibiliū sicut secūdū accidēs, & nō secundū accidēs: & inquit. Quoniā non vl̄r ipsius rei corruptibilis p̄dicatū ē: sed aliqn̄ & sic. Socrates. n. animal nō vl̄r est, sed aliqn̄ & sic. Vtputa solū dum Socrates est. Ergo non semp per accn̄s Socrates est animal: sed aliqn̄. Recte ergo dictū est, sicut secundū accn̄s. Qm̄ nec Socrates simpl̄r secūdū accidēs animal est: sed solū dum est: Vel aliter: dico demonstrationē esse rei corruptibilis sicut secūdū accn̄s: qm̄ cōclusio ipsius Socratis non vniuersalis est, sed aliquādo, & sic hoc est solum dū est. Et ita sicut secundū accidēs est animal, & non semper secundum accidens est animal. ☞ Animaduerte q̄ Socrates est animal per accidens, qa non primo, est enim animal: qa ratione q̄ animatū sensitiuū est animal est: est autē sicut per accidēs: qm̄ non semper ratione qua animatū sensitiuum est: animal est, sed solum dū est. Quare demonstratio esse potest rerū corruptibiliū sicut per accidens: qm̄ non primo, neque semper. Qui enim demonstrat oē animatum sensitiuum est animal: demonstrat: q̄ Socrates sit animal: non tamen prima, neq; semper. Et ideo sicut per accidēs. ☞ Quærunt hic quo modo vniuersalia sint æterna, cum singularia in quibus sunt: sint corruptibilia. ☞ Linconiensis Grossatesta asserit vniuersalia esse per accidens corruptibilia: quatenus esse habent & extra animam: & extra suas causas. Sunt autem æterna vel quo habent esse in causis: vel quo habent esse intentionale, in intellectu nostro: vel diuino. Sed quoniam res hæc logicam facultatem transcendit. Ideo bona fronte omittatur.

L Verborū expositio.

M Socrates ē aīal per accidens.

Dubium.

Solō Linconiensis.

N ☞ *Similiter res sese habet & in diffinitionibus ipsis. quippe cū diffinitio principium sit demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio.*

Tex. 22. ☞ ***Similiter autem se habet & de definitione, quoniam definitio ē aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quædam demonstrationis.***

Com. 22. Continuatio. ☞ Cum declarasset q̄ demonstratio non sit corruptibiliū: nūc via similitudinis: & quasi eadem ratione declarat q̄ nec definitio sit corruptibilium, & sic probat (vt Philoponus exponit (vt corruptibilium nō est demonstratio, ita nec definitiones corruptibiliū esse possunt. Et hoc proponit, & inquit. Similiter autem se habet, & de definitione: sicut se habuit & de demonstratione, probat ratione, & inqt. Qm̄ omnis definitio est aut principium demonstrationis: aut demonstratio positione differens aut conclusio quædā demonstrationis. Ergo sicut demr̄o nō est corruptibiliū. Ita nec definitio: quæ est vel demonstratio, vel demōstrationis principiū: vel demōstrationis cōclō, erit corruptibiliū. ☞ Quo vero ad verba attinet. Quidā n̄ philosophiæ ignari per definitionē: quæ est demr̄onis cōclō: exposuerūt eā: quæ datur per quoduis genus causæ: p̄ter eā, q̄ datur per finē. Per eā vero: quæ est demr̄onis principiū: eā exposuerūt, q̄ dat̄ per finē. Per eā aūt: q̄ demr̄o est: exposuerūt eā: quæ ex vtraq; cōstat. ☞ Auer. aūt libro de anima secūdo: per definitionē: quę est demōstrationis cōclō intelligit eā: quæ est definitio passionis, q̄ quærit̄. Hæc. n. qa cōcludi demr̄one pōt: demōstrationis cōclō dicit̄. Per eā vero: q̄ est demr̄onis principiū: intelligit eā: q̄ subiecti definitio est: hęc. n. quia pōt esse mediū, p quod prima demōstrat̄ demōstrationis principiū dicitur. Per definitionē vero, q̄ ē demr̄o: aggregatū ex vtraq; intelligit. ☞ Verū Philoponus & Themistius clarius exposuerūt: & quidē ad mentē Aris. in libro de anima. Ibi enim dictū est q̄ tres sunt spēs definitionis, nā aliæ quidem ex materia sunt. Aliæ vero ex forma. Aliæ ex vtroq; simul. Vtputa qui irā definiet ex materia: dicet feruorē esse sanguinis circa cor. Ex forma vero, appetitū vindictæ. Ex vtroq; simul: feruorē sanguinis circa cor ꝓpter appetitū vindictę. Per definitionē ergo: quæ est demr̄onis principiū: intellexit eā, quæ ex forma est. Demonstrationes enim ex causis causata syllogizant. Forma vero est causa materiæ, nā ꝓpter talē formā: talis materia est. Vnde demōstratio erit hoc pacto. Ille appetit vlcisci: eius quæ appetit ulcisci, feruet sanguis circa cor: feruet igitur illius sanguis circa cor. Vbi patet definitionē: quæ est a forma: esse vt demonstrationis principiū. Per definitionem vero: quæ est conclusio: intellexit definitionē, quæ est a materia. Hæc igitur in præcedenti demonstratione conclusa est. At per definitionem, quæ est demonstratio: intellexit definitionē quæ est ex vtraq; simul: quæ sola positione differt: quoniam (vt Philoponus inquit). In definiendo quidem: a materia incipientes definimus in formam. Dicimus. n. iram esse feruorem sanguinis circa cor ob appetitum vindictę. In demonstratione vero viceuersa vtimur. Incipimus. n. a forma & definimus in materiam. Alij vero positione differre asserunt: talis definitio non sit in aliqua trium figurarū syllogisticarum. At demonstratio est in aliqua figurarū. quare positione differt.

O

Verborū expō & dū aliquos.

Auer. Com. 12.

P

Themi. & Phi. prio de aīa tex. com. 18. Spēs diffinitionis sunt tres.

Q

☞ *Patet etiam demonstrationes atq; scientias eorum quæ sæpe fiūt, ut lunæ defectiones & huiuscemodi rerū, quo quidem sunt tales.*

hoc

A hoc esse semper, quo uero nõ sunt semper, hoc esse particulares. ¶ Eorum autem, quæ sæpe fiunt demonstrationes, et scientiæ sunt, ut lunæ defectus. Manifestum est, quoniam secundum ꝙ huiusmodi sunt semper sunt. Inquantum autem, non semper, secundum partem sunt. Sicut autem defectus est similiter & in alijs.

Com. 93. Expositio Philo. & Themi. ¶ Philoponus & Themistius pariter volũt: ꝙ Arist. remouat dubiũ. Nã cũ dixisset corruptibiliũ non esse demõstrationem quærit de his quæ sæpe fiunt: quæ nõ continuo. Sed tẽporis interuallis discutiuntur. Vtputa de lunari eclipsi. Si. n. vna quæq; eclipsis corruptibilis est, deficiẽs n. luna rursus illuminatur, quõ in his dicimus demõstrationẽ esse. Respõdet ergo & inquit. ¶ Eorũ aũt q̃ sæpe fiunt: demr̃ones & scientiæ sunt, vt ipsius defectus Lunæ. Exponit aũt quomõ taliũ sit scientia: & dicit. Manifestum ẽ, qm̃ secundũ ꝙ hmõi sunt, hoc est secũdũ ꝙ sunt vl'es: sciẽtiæ & demõstrationes sunt. Et vt sic sunt semper. Inquãtũ autẽ non semp sunt: secundũ partẽ sunt, hoc est particulares, & sic de talibus nõ sunt sciẽtiæ: cũ sint corruptibiles. Est ergo solutio quæ sæpe fiunt: bifariã cõsiderari põt, vt vniuersalia, & sic de eis est sciẽtia: quia: vt sic semp sunt. Vt particularia, & sic de eis nõ est sciẽtia, qa nõ sunt semper. Vnde (vt Philoponus inquit) vnusquisq; particulariũ defectuũ, non demõstrabilis est, qm̃ est generabilis: & corruptibilis. Non. n. demonstratio est in hac eclipsi, q̃ secundũ hoc tẽpus fit: sed scdm cõem spẽm defectuũ. Non n. huiusce eclipsis est demr̃o: sed simpl'r eclipsis, de ipsa tñ eclipsi: q̃ scdm hoc tẽpus fit, nõ est demr̃o: nisi eo mõ: vt in alijs ẽt corruptibilibus demr̃onẽ esse diximus. Addit Aristo. ita esse intelligẽdũ in silibus (vt dictũ est de eclipsi) Vtputa de tonitruo: terræ motu, & id genus. Et hoc inqt. Sicut ãt defectus est demr̃abilis, nõ vt particularis, sed vt vl'is. Sil'r est intelligendũ: & in alijs, q̃ ẽt sæpe fiũt.

B Quæ sæpe fiunt bifariam.

C Dubium. ¶ Sed cõtra hęc adhuc dubitaṙ, qm̃ eclipsis vl'r nõ sp est. Cũ. n. nullũ ipsius eclipsis singulare cõtingat esse: ẽt vl'r eclipsis aliqñ nõ erit: ergo & vl'r, & particulariter eclipsis ẽ corruptibilis.

Solutio. Quæ sæpe fiũt põt cõsiderari vt in actu & vt i potentia. ¶ Vno mõ dici põt, ꝙ hæc q̃ sæpe fiũt: põt cõsiderari: vt in actu: & sic sunt pticularia: & corruptibilia: & vt sic de eis nõ est sciẽtia, & põt cõsiderari vt in aptitudine & potẽtia: & vt sic sunt vl'ia, & sp: & sic de eis ẽ sciẽtia.

Alia solũ Themi. & Philopo. ¶ Vl' melius, vt Them. & Philop. inqt, dicamus ꝙ eclipsis: & similia vl'r accepta accepta põt referri ad singularia, & sic nõ sp sunt: sicut neq; singularia: & põt referri ad suas cãs, & sic sp sunt: qm̃ causis p se positis ipsius eclipsis, sp eclipsis ẽ: & sic de eclipsi, & talibus est demr̃o & sciẽtia. Nã, vt sic sunt vl'ia, q̃ relata ad suas p se cãs, semper sunt.

D ¶ Cum autem pateat fieri non posse ut demonstretur quodq; nisi ex cuiusq; principijs, si id quod demonstratur rei competit ut est illa, non sane quidpiam scitur si ex ueris & indemonstrabilibus, medioq; uacantibus ostendatur. Fit enim ut quidpiam perinde ostẽdatur atq; Bryson quadrationem ostendit. Huiuscemodi namq; rationes per commune quoddam ostendunt quod & alij competet. Quapropter & ad alias res non propinquas ipse rationes accommodantur.

Text. 23. ¶ Quoniam autem manifestum est ꝙ demonstrare unumquodq; non est, nisi ex unoquoq; principiorum, si id quod demonstratur sit secundum quod est illud, non est scire hoc, si ex ueris, & indemonstrabilibus demonstretur, & immediatis. Est. n. sic demonstrare, sicut Bryson tetragonismon. Secundum commune. n. demonstrant rationes huiusmodi, quod et alteri inest. Vnde et in alijs cõueniunt hæ rationes non congeneis.

Com. 94. ¶ Iuxta Themistij paraphrasem. Videtur ꝙ Aristo. velit oñdere, ꝙ demr̃ones non fiãt ex cõibus. Nã cũ ostendit demr̃ones ex ꝓprijs cõstare: hic oñdit: ꝙ non ex cõibus constant. Et hoc quidẽ nõ iniuria oñdit, nã cũ ostẽdit demõstrationes fieri ex dignitatibus, quæ cões ꝓpõnes sunt neq; credat ꝓpter hoc demonstrationes ex cõibus fieri, ex eo qa ex dignitatibus fiant. Ideo ostẽdit demr̃ones nõ fieri ex cõibus.

E Continuatio secũdũ Themi. ¶ Philoponus vero ait Aristo. his: quæ de scientia oñsa sunt, hic addere: ꝙ nõ sufficiat facere demõstrationes ex veris, & immediatis ꝓpõnibus: sed oportet vt sint ex ꝓprijs subiectis: de quo demr̃ones fiunt. Cuius cãm Philoponus explicat. Nã siquidẽ (inquit) dixero omnis lapis coloratus est: omne quod coloratũ est, corpus ẽ. Omnis igiṙ lapis corpus est. Accepi qdẽ ꝓpões veras, & immediatas. Nullo. n. indigeo termino ad demõstradũ ꝙ lapis coloratus sit, aut ꝙ oẽ coloratũ corpus sit. Non tñ medius terminus. s. coloratũ esse, est ꝓprius sub̃to. Coloratũ. n. esse multis & alijs inest: oportet aũt (vt sæpe dcm̃ est) demr̃ones fieri ex ꝓprijs vniuscuiusq; sub̃ti principijs: hoc est vt medius terminus ꝓprius sit extremis. & nulli alteri cõis.

Quæ Phi.

F Vnde inqt. ¶ Qm̃ aũt manifestũ est: ꝙ demr̃are vnũqdq;. s. q̃situ de cõcesso vel sub̃to: nõ est: hoc est nõ cõtingit: nisi ex vno quoq; principiorũ. s. ꝓprio termino vtriq; extremo, & nõ cõi: & hoc si id qd̃ demr̃aṙ hoc ẽ, si q̃sitũ sit scdm ꝙ est illud, hoc est: si q̃sitũ insit p se sub̃o, de quo demr̃aṙ. Totũ hoc accepit veluti añcedẽs: & ꝓbatũ ab ipso tũc dat cõsequẽs: qd̃ nũc ꝓbare ꝓposuit: & inquit. Nõ ẽ scire hoc. s. q̃sitũ: si ex veris: & indemr̃abilibus, & immediatis demõstreṙ de suo sub̃o. Dixit immediatis: vt altera vt alterius sit expositiuũ. vt placet Philopono. Vel dixit. Et immediatis, qm̃ aliq̃ ꝓpõ est indemr̃abilis, q̃ nõ est immediata: vt hæc Nix est alba. Indemr̃abilis. n. est: qa sensu patet: immediata vero nõ est, qa habet cãm.

G Quadrati. circuli secũdũ Brissonem. Qd̃ ãt demr̃o sit ex indemr̃abilibus: & nõ ꝓprijs, oñdit p demr̃onẽ Brysonis: qua ꝓbat q̃drationẽ circuli. ¶ Quę vt Them. & Alexãder: & Philoponus exposuerũt: ẽ hęc. Illa inter se paria sunt: q̃ eisdẽ maiora minoraq; hñtur. Hęc n. est cõmunis dignitas: in qbus maius reperiṙ: & minus in his & æquale dabitur. Sed datur quadrangulus ma-

Quadrãgulus maior.



H

ior circulo vt quadrãgulus. A. B. C. D. & quadrangulus minor circulo. vt. I. K. L. M. ergo dabitur quadrangulus ęqualis circulo. Hæc ratio ex communibus est: qm̃ (vt inquit) secundũ cõmune demonstrãt rationes huiusmodi: quod cõmune & alteri inest, cuius causam affert, & in-

I quit. Vnde hoc est propterea quia hæ rationes & in alijs conueniunt non congeneis hoc est non eiusdem generis. Maior.n.non modo in magnitudinibus vera est: sed etiã in numeris, & tẽporibus: & alijs. ecce quõ Bryssonis demonstratio est indemõstrabilibus est, non tamen ex proprijs. Cũ terminus medius: videlicet maius & minus communis sit multis diuersorum generum. ¶ Vnde Philoponus inquit. Illud enim ex intermedio maioris & minoris: vt Brisson videbatur quadrare circulum: non proprium est geometriæ: sed est commune etiam plurimis alijs: & potius (vt inquit). Dialecticæ competens est ꝙ geometriæ. Quoniam non ex proprijs principijs, quod propositum est, demonstrat.

¶ Igitur res non ut illa est, sed per accidens scitur. Non enim & ad aliud genus demonstratio accommodaretur, Tunc autem unũ
K *quodq; non per accidens scimus, cum per id cognitionem consequimur per quod competit, ex principiis illius qua ratione est illud, ueluti cum duobus rectis æquales habere rerum ei scimus cõpetere cui per se competit idipsum ex principijs huius.*

¶ Ergo non quatenus illud est, scit, sed per accidens. Non.n.correspondebat demonstratio, & ad aliud genus est. Vnumquodq; aut scimus non per accidens, cum per illud cognoscimus, per quod ẽ ex principijs illius, inquantum illud est. Vt duobus rectis æquales habere, cui inest per se quod dictum est, ex principijs illius.

Com. 95. ¶ Cum declarauit ꝙ demõstratio debeat esse ex proprijs & hoc per exemplum acceptum a demonstrationibus Bryssonis. Nunc ostendit ex quibus demonstrabat Brysson quadrationem: & vult ꝙ non ex his, quæ per se sunt: sed ex his quæ per accidens (vt Philoponus inquit) demonstrabat. Et inquit. ¶ Ergo non quatenus illud est, hoc est per se scit Brisson per suas demonstrationes: sed per accidens. Qui de homine scit esse disciplinæ capax: per ani-
L mal: scit per accidens, quoniam non per medium: quod homini proprie competit: sed per medium: quod homini: & alijs competit. Duæ enim sunt causæ: quibus de aliquo subiecto aliquid scitur per accidens: vt de homine esse disciplinæ capax. Prima quidem: quando per extraneũ medium sciretur, vt si de homine sciretur esse disciplinę capax: propter esse album. Secunda vero: quãdo per cõia: vt si de homine illud sciremus propter esse animal. Has duas causas ergo assignat: ꝙ demonstratio Brissonis sit faciens scire ꝑ accidẽs: & inquit. Non enim corrñdebat demonstratio: qua videlicet Brysson probauit quadrationẽ: qm̃ mediũ per quod illam probauit, erat extraneum: & non proprium quadrato. Hæc est prima causa: assignat secundã: & inquit. Et ad aliud genus est, qm̃ est cõe, q̃d nõ tm̃ quadrato & circulo inest: sed numeris: & temporibus.
M Et sic Brissonis demonstratio fecit scire per accidens. Deinde exponit quid sit scire per se: & hoc nescit de nomine contentio, & inquit. Vnũquodq; aũt scimus per se: & nõ per accidens: cũ per illud cognoscimus subaudi quæsitum de subiecto per quod est ex principijs illius, inquantum illud est. Cuius rei exemplum affert: & inquit. Vt duobus rectis æquales habere scimus competere illi subiecto, cui competit per se illud quod dictum est. ex principijs illius. Hoc est per medium proprium: vt longã oratione. Philoponus exponit: per quã dat intelligere ꝙ duo sunt de rõne eius quæsiti: quod per se scitur de aliquo: & q̃d per se cõpetat ei subiecto, de quo quærebatur. Et hac rõne cãdidũ de Cigno nõ ꝑ se scitur. Et ꝙ sciaṫ per id: quod ex principijs subiecti cõficitur, quod est definitio subiecti ex

Duæ sunt cãæ quib' aliquid scitur per accidens.

N qua re definitionẽ minoris hoc est subiecti esse demõstrationis mediũ patet. Verũ de hoc in secundo. ¶ Animaduerte tñ ꝙ quæsitum est illud, quod scitur: vt secundo huius dicetur. Et qm̃ subiectũ est concessum: ideo subiectum in fine demonstrationis, nõ est illud, quod scitur. Et quoniam passio: vel aliquid passioni simile quæritur. Ideo passio scitur: & qm̃ non per medium extraneũ, nec per mediũ cõe, igitur per illud mediũ scitur: quod ex principijs rei exit. Hæc Aristoteles tetigit hic in summa. ¶ Quærunt Iuniores, vtrũ cõe possit extraneũ dici. ¶ Rñdent quod cõmune extraneũ dici põt: q̃tenus descendit ad aliud genus. ¶ Verũ hæc responsio ambigua est: nã superius est de rõne inferioris: ergo nõ potest dici extraneum si in illud descendat. ¶ Et sic dicere nullũ cõe extraneum esse suæ speciei: cũ sit de eius rõne. Sed bene ei, cuius non est genus: &
O hoc pacto sapor dulci extraneus non est, sed albo. Byssonis vero ratio peccabat dupliciter. Tum quia per communia, tum etiã quia per extranea demonstrabat.

Notabile. Dubium. Respon. Quærẽ. ꝓpa rñ.

¶ Quare si illud competit ei per se, cui competit, medium necesse est in eadem esse propinquitate. Quare & si per illud inest, cui inest, necesse est medium in eadem cognitione esse. Com. 96.

¶ Hoc quod Aristo. infert hic, potest referri ad exemplũ ꝓximũ q̃d textu ꝓximo attulit: vt Philoponus retulit. Dixit.n.ꝙ demr̃o: q̃ demr̃atur ꝙ anguli trianguli sunt æq̃les duobus rectis: nõ fit per mediũ extraneũ: sed ꝑ mediũ: q̃d per se cõpetit subiecto. Ex hoc infert. ¶ Quare & si ꝑ se illud inest: cui inest, hoc est q̃re si mediũ ꝑ se inest subo s. minori extremitati, cui inest, in ea subaudi demõstratione, q̃ probaṫ ꝙ anguli triãguli duobus rectis sunt æq̃les, necesse est mediũ subaudi in tali demr̃one, in eadẽ cognatione esse cũ extremis: hoc est necesse est, vt mediũ sit eiusdẽ gñis cũ extremis illius demõstrationis: ita; vt non sit
P mediũ in gñe geometrico: & extrema in genere arithmetico. Nã q̃ rõne mediũ ꝑ se inest minori extremitati, eadẽ rõne maior extremitas ꝑ se inest medio. Quare mediũ in tali demr̃one erit eiusdẽ gñis cũ extremis. ¶ Vel põt intelligi ꝙ Arist. hoc inferat nõ in tali demr̃one tm̃, sed vlr in omni demr̃one: vt sit dicere, ꝙ ex dictis pateat vlr in omni demr̃one mediũ esse eiusdẽ gñis cũ extremis: qm̃ ꝓbatũ est mediũ ꝑ se inesse subiecto: & eadẽ rõne: ꝙ maior extremitas insit ꝑ se medio: ergo oportet mediũ esse eiusdẽ generis cũ extremis: alio qn nõ per se, sed extranee inesset mediũ subiecto: & primũ medio. Et vtroq; modo hoc quod Aristo. infert bene intelligitur. Alia expõ

¶ Quod si non sit ita, at perinde erit, atq; cum musica per arithmeticam demonstratur. Atq; talia demonstrantur quidem similiter, differentia tamen est. Nam ipsum quidem esse, & aliam scientiam attinet, Subiectum.n.genus diuersum est. Ipsum autem propter quid, superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus. Quare patet ex hisce fieri non posse, quo demonstraretur quodque simpliciter nisi ex principiis uniuscuiusq;, sed horum principia habent commune. Q

¶ Sin autem non sit. Sed sicut harmonica per arithmeticam, huiusmodi autem demonstrantur quidem similiter, sed differunt, nam ipsum quidem quia, alterius scientiæ est. Subiectum.n.genus alterum est. Ipsum uero propter quid, superioris, cuius per se passiones sunt. Quare & ex his est manifestum, ꝙ non sit demonstrare unumquodque simpliciter, aliter quam ex propriis uniuscuiusque principiis. Sed horum principia habent commune.

¶ Hic

A Com.79. ¶ Hic locus dupliciter legi potest, vno modo vt dicamus: ꝙ cum Aristo. declarauit ꝙ medium debeat esse eiusdem generis cum extremis: nunc velit exponere: qua (vt ita dicam. Identitate: an simpliciter, an secūdum quid. Est. n. duplex identitas: vt ita loquar simpliciter quidem qua videlicet homo & equus eadem genere sunt, quoniā ex equo sub animali continentur. Et secundum quid: quæ subalternationis identitas est. Veluti equus & animal: quæ ideo dicuntur eiusdem generis: quia alterum sub altero continetur. Ergo exponit nunc quomodo medium & extrema eiusdem generis esse debeant, an simpliciter: vt homo & equus sub animal, an secundum quid subalternatione: vt equus & animal. Et tunc lege verba hoc pacto. ¶ Sinautē non sit subaudi medium eiusdem generis cum extremis simpliciter. Sed sicut Harmonica Theoremata demonstrātur per musicam scientiam. Vbi extrema & mediū sunt

Duplex identitas.

B eiusdem generis secundum quid, scilicet subalternatione, quasi dicat, sinautem non est eiusdem generis simpliciter cum extremis, sed secundum quid scilicet subalternatione: subaudit Philoponus: necesse est demonstrationem etiā fieri ex eisdem principijs proprijs: saltem secūdum quid, & subalternatione. Sunt enim verba diminuta more attico: vt videtur. ¶ Philoponus vero verba hæc aliter exponit: vt referantur ad proxime dicta hoc modo. Sinautem non subaudi ex proprijs principijs subiecti demonstratio fiat. Sed ex principijs eius scientiæ quæ proxime cōtinet prædictam scientiam, sicut harmonica per arithmeticam: subaudi tu (vt Philoponus inquit) necesse est demonstrationem ex eisdem fieri: & hoc si vere demonstratio est: ex eisdem dico. Veluti harmonica demonstramus per principia arithmeticæ. In talibus. n. demonstrationibus mediū

Expō Philopo.

C extremis eiusdem generis est subalternatione: & non simpliciter. Et hoc exponit, & inquit: Huiusmodi autem demonstrantur quidem similiter: sed differunt. Hoc est quę per principia generalioris scientiæ demonstrantur. Simili quidem modo demonstrantur, quo & illa: quæ ex proprijs principijs demonstrantur hoc est quia scientifica est horum demonstratio: veluti & illorum: quæ ex proprijs principijs demonstratur. Sed differunt. Quoniam in illis quidem: & ipsum quia, & ipsum propter quid ex eadem est scientia. In alijs vero, quæ subalternatione eadem sunt. Ipm quidē quia alterius scientiæ est: quia est scientiæ subalternatæ. Subiectū. n. sciētiæ subalternatæ alterum est a subiecto sciētiæ subalternantis. Est. n. alterū: qm̄ subalternū. Ipm vero ꝓpter quid est sciētiæ superioris. s. subalternantis, cuius ꝑ se & primo passiones sunt. Est. n. ipm quia musicæ, ipm vero ꝓpter quid arithmeticæ. Ex his iterum

D cōcludit illud q̄d superius probauit, & inquit. Quare & ex his est manifestum ꝙ nō sic demonstrare vnūquodq; simpliciter hoc est ꝓprie: & non sophistico mō q̄d est ꝑ accn̄s, aliter q̄ꝫ ex ꝓprijs vniuscuiusq; principijs, qm̄ qui demonstrat in eadē scientia: & per ea: quæ sunt eiusdem sciētiæ, & ꝑ ea quæ sunt superioris sciētiæ, semp ex proprijs demonstrat. ¶ Sed dices: vtrū principia sciētię inferioris, & principia sciētiæ superioris habeāt cōe: ꝑ quod possint demr̄ari adhuc. ¶ Quasi respōdet, & inquit. Sed horū principia habēt cōe. Hoc est, tā principia inferioris q̄ principia sup̄ioris habēt commune, hoc est primā phylosophiā (vt exponit Philoponus). Hæc. n. (vt inquit) principia cuiuslibet scientiæ: & inuenit, & demonstrat: ex quo artiū ars, & scientiarum sciētia dicta est. Et tu intellige hoc

Dubium. Solutio.

quod Philoponus inquit. Quod prima Phylosophia demonstret principia omnium non simpliciter. quoniā sic subalternaret sibi omnes alias scientias: sed neganti. vt primo physicorum exposuit Simplicius. Aliter etiam verbum istud intelligi posset: sed non curo. ¶ Ex his patet. Primo ꝙ eadem demōstratio est ex hypothesi, & ꝓpter quid. Vt demonstratio musica ratione habita ad musicū ex hypothesi est: ratione vero habita ad arithmeticum est propter quid. Eędem. n. propositiones musico quidē suppositiones sunt. Arithmetico vero conclusiones: quæ propter quid ab eo demonstrantur. Secundo patet, ꝙ licet metaphysica sit communis scientia, quæ demonstrat principia subalternatæ, & subalternantis scientiæ: non tamen subalternat sibi illas, quoniā tales propositiones non probantur propter quid in metaphysica. Sed tantum probantur neganti: & quidem ex concessis ab eis: hoc autem non est probare ꝓpter quid: sed potius dialecticę. ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte ꝙ subiectum subalternatæ alterum est a subiecto subalternantis, quatenus subiectum subalternatæ super addit subiecto subalternātis accidentalem differentiam: vt numerus sonorus: quod est musicæ subiectum: numero addit sonoritatem: quæ est differentia accidentalis. Numerus vero subiectum est arithmeticæ. Hac ratione Physica metaphysicæ non subalternatur. quoniam ens mobile quod est physicæ subiectum, enti: quod est metaphysicæ subiectum: addit mobilitatem, quæ enti accidens non est.

E

F

Verborū expositio

G

¶ Quod si id constat, patet fieri non posse quo quisquā propriorum principiorum exhibeat demonstrationem. Erunt enim illa omnium principia, & ipsorum scientia domina omnium erit. Etenim is scit magis, qui superioribus ex causis scit. Scit enim tum ex prioribus, cum ea ex causis scit, quæ non affectus subeunt rationem. Quare si magis scit & maxime, & si est illa scientia, magis profecto, maximeq; scientia est. Demonstratio uero non ad aliud genum accommodatur nisi eo modo quo tam ad demonstrationem facultatis machinarum extruendarnm uel ad perspectiuas geometricæ, quā ad musicam arithmeticæ demonstrationes accommodantur, ut diximus.

¶ Si autem manifestum est hoc, manifestum & quoniam non est uniuscuiusq; propria principia demonstrare. Erunt. n. illa omniū principia. & scientia eorum domina omnium. Et. n. scit magis ex superioribus causis sciens. Ex proprijs. n. scit, cum non ex causatis sciat causis. Quare si magis scit: & maxime, & scientia illa erit & magis, et maxime. Sed demonstratio non cōuenit in aliud genus aliter quā ut dictum est. Geometricæ in perspectiuas, & mechanicas, & arithmeticæ in harmonicas.

Aliter Si aūt est scīa quæ principia vniuscuiusque demōstraret erit illa oīum principiū & domina.

H Com. 93. 1. Corol.

¶ Vt Philoponus placet. Arist. hic quoddam corollariū concludit ex prædictis: & forte duo ex dictis corollaria deducit. Primū quidem dicens. ¶ Si autem manifestum ē hoc: videlicet ꝙ non contingat demonstrare aliquid, nisi ex proprijs illius principijs: manifestum est: & quoniam non est vniuscuiusq; propria principia demonstrare hoc manifestum est: ꝙ non contingat aliquam scientiam propria principia demonstrare. Nā (vt Philop. inquit) Demōstrationē ex ꝓprijs oportet fieri principijs. At principiorū non est possibile esse principia. Hoc (vt mihi videtur) est primū Corollariū: Deinde assignat secūdū Corollariū ex dictis: & secundū vnā scripturā, inquit. Si aūt est sciētia, quæ principia vniuscuiusq; sciētiæ demōstret, erit illa

2. Corol.

I scientia, quæ principia oĩum demõstrat, omniũ scientiarũ principium & domina: quasi omnes subalternans. Et ꝙ sit cæterarum principium & domina: probat: & inquit. Et
In ꝓlogo n. scit magis ex superioribus causis sciens. Dicit̃ .n. primo metaphysicæ, ꝙ metaphisica scit per altissimus causas. Exponit aũt, qui artifex scit ex proprijs: & inquit. Ex proprijs. n. artifex aliquis scit, cũ sit ex causis non causatis, q̃ vero metaphysica scit ex cõmunibus & altissimis causis: ideo cõcludit, quare si magis scit: & maxime. s. per maiores & maximas cãs, & scientia illa erit & magis. s. scientia: & maxime scientia subaudi talis esset metaphysica: si ipsa sciret principia omniũ, quare metaphysica esset subalternans omnes, & Regina scientiarũ atq; ars artiũ. Repetit quomõ liceat migrare de genere in genus: & inquit. Sed demonstratio non conuenit in aliud genus aliter q̃ vt dictũ est: quasi dicat: licet ita sit: ꝙ metaphysica sit Regina & domina: tamẽ demõstratio non conuenit in aliud genus,
K aliter q̃ vt dictum est. Videlicet subalternationem: vt demonstratio geometricæ conuenit migrare in ꝑspectiuas: & mechanicas: & demonstratio Arithmeticæ cõuenit migrare in harmonicas Hæc. n. (vt exponit. Philop.) migratio est per subalternationẽ. Hæc de Corollarijs: & de modo, quo altera scientia in alterã migrat.
Dubiũ cõtra scdm corollar. ⁋ Sed dubitares cõtra secundũ Corollariũ, qm̃ tũc metaphysica subalternaret sibi omnes sciẽtias: cũ sit Regina & dña aliarũ.
Solutio. ⁋ Dicendũ ꝙ Metaphysica subalternat sibi omnes per recursum, qm̃ vbi principia cæterarũ scientiarũ negarẽtur: tandẽ ꝑ recursum syllogismis redargutiuis ex datis ab aduersario, illa probabit cæterarũ scientiarũ principia. Non tamẽ ꝑꝑ hoc subalternat sibi cæteras simplr. Non. n. probat cæterarũ principia ꝓpter quid.
Dubiũ cõtra primũ 2.phy. 22 ⁋ Secundo dubitat̃ contra primũ Corollariũ: nã secundũ Auer. Scientia specialis põt ꝓbare sua principia saltẽ demonstratione signi.
Solutio ⁋ Dicendũ:
L ꝙ Auer. loquitur de principijs subiecti constitutiuis, non autẽ de principijs cognoscẽdi: quæ Axiomata dicũt̃. Hęc n. vel sunt ꝑ se nota sensu vel in superiori scientia probata.
alia dubiũ ⁋ Rursus dubitatur cõtra modũ, quo altera scientia in alterã migrat. Primo quidẽ: qm̃ mediũ nõ videtur eiusdem generis cũ extremis.
Solutio. ⁋ Dicendũ ꝙ licet nõ sit eiusdem generis cum extremis loquendo de genere ꝑdicamenti: est tamen eiusdẽ generis cũ extremis loquendo de genere subiecti scientifici. Continentur. n. in eodẽ subiecto scientiæ.
Verborũ expositio ⁋ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ vna scriptura legitur hoc pacto. Si autẽ est sciẽtia: quæ principia vniuscuiusq; demonstret, erit illa omniũ principiũ & domina: & hoc modo exposita est: & tũc ꝑ principiũ intelligit principẽ: & per dominã intelligit Reginã. Nã licet sophistica, dialectica: & metaphysica sint de omnibus: nõ ta
M mẽ eodẽ mõ. Nam metaphysica est de omnibus scientificæ. Dialectica probabiliter: sophistica apparenter. Et quia metaphysica est de omnibus scientifice, ideo est Regina & vere domina. Cætere vero non. Est vna alia scriptura, de qua in textu, sic habetur. Erunt. n. illa omnium principia, & scientia eorũ domina omniũ. Et tunc intellige ꝙ sit vnũ corollariũ tantum hoc modo: ꝙ si quæ dicta sunt: vera sint. Manifestum est, ꝙ non est vniuscuiusq; scientiæ specialis propria principia demonstrare: sed demõstrare ꝓpria cuiusq; scientiæ principia erit scientiæ cõis saltẽ (vt dictũ est per recursum. Cuius causam affert & inquit. Erũt n. illa principia, de quibus scientia cõmunis agit, omnium scientiarum principia saltem per recursum. Et scientia eorum principiorum domina & Regina omnium scientiarum: & ars artium, vt metaphysica. N
Et ꝙ sit domina & Regina omnium scientiarum: probat: & quæ dicit, ex dictis perspicua sunt.

⁋ At uero difficile admodum est sese percipere quempiam si sciat nec ne, Est enim difficile cognoscere si ex principijs uniuscuiusq; scimus nec ne. Quod quidem est scire. Putamus autem sæpe numero scire, si ex ueris quibusdam primi si e rõcinationem habemus. Id uero non est ita, sed oportet ipsis primis esse propinqua. Ea autem in quocunq; genere principio dico, quæ fieri nequit, ut demonstrentur esse.

⁋ Difficile autem est cognoscere, sciuit an non, difficile enim est Tex. 24.
noscere, si ex principijs uniuscuiusque scimus, an non, quod quidem est scire. Opinamur enim (si habeamus ex ueris quibusdam syllogismum, & primis) scire Hoc autem non est, Sed congenea oportet esse primis, Dico autem principia in uno quoq; genere illa, quæ quoniam sint, non contingit demonstrare. O

⁋ Cum exposuisset: quid proprie sit scire: & demonstrasset, ꝙ scire sit ex proprijs cuiusq; principijs: nunc ostendit ꝙ difficile sit cognoscerẽ, si demonstrator sciat aut nõ: & dicit. Com. 99. Cõtinuatio.
⁋ Difficile autem est cognoscere subaudi si demõstrator sciuit ex proprijs cuiusq; principijs: an non: hoc est cognoscere (vt Philoponus exponit) si demonstratiue processit syllogismus aut nõ: difficile est. Huius rei causam assignat: & inquit. Putamus enim scire, si habeamus ex veris quibusdam: & primis syllogismum. Putamus enim si veras capimus propositiones: & immediatas: ꝙ etiam demonstratiue ceperimus. Hoc autem vt inquit. Non est, sed ea principia: quæ accipimus congenea atque proxima oportet esse primis. Siquidem (vt Philoponus suppleuit) demonstratum est: non solum veras P
oportere esse propositiones, sed etiam ex proprijs & proximis principijs assumptas. Hinc Philoponus deducit: ꝙ primum Theorema: & secundum geometriæ propriæ demonstratum est. Reliqua autem, quæ deinceps sunt, vere quidem syllogizata sunt, non tamen demonstratiue. Non enim ex proprijs propositionibus vnumquodque demonstratum est neque immediatis: quoniam semper posteriora demonstrantur: per ea quæ iam demonstrata sunt. ⁋ Sed dices vtrum syllogismus quo demonstrantur posteriora: qui constat ex iam demonstratis: fit syllogismus demonstratiuus. Dubiũ
⁋ Respondet ad hoc Philoponus, & non respondimus superius: ꝙ syllogismus huiusmodi valde abusiue demonstratio est, & non nisi quis propositiones: ex quibus constat talis syllogismus: demonstratiuas dicat: quod quidem abusiue: & non proprie verum est. Solutio Philopo.
⁋ Epilogando ergo patet: ꝙ cum difficile sit scire naturam rerum. & ea, quæ per se vnicuiq; naturæ insunt. Iccirco difficile est, & scire, vtrum demonstratiuus sit syllogismus aut non. Et ne sit de nomine contentio: exponit, quid ꝑ principia ipse intelligat, est enim principium multipliciter dictum, & inquit. Dico autem principia in vnoquoque genere: hoc est in vnaquaque scientia. Illa: quæ quoniam sicut vera, non contingit demonstrare. Sed sunt confessa: atque in illa scientia, cuius sunt ꝑ se nota sunt. Vtputa geometriæ principia sunt: punctum impartibile est: linea est quæ in vnum dimensilis est. Hæc enim assumit: & non demonstrat geometria, sed vt existentia supponit. hoc pacto in cæteris scientijs principia Q

A Dubiū. tus principia prima & indemonstrabilia sunt. ¶ Quærunt Iuniores quam ob causam Axiomata hoc est dignitates Responsio. Quō intelligi debet responsio. non faciant scire. ¶ Respondent per simile de solis virtute: hoc est, quia sunt vniuersales causæ. ¶ Sed sic dicentes, si velint ꝙ Axiomata nullatenus faciat scire: errant: quoniam causa vniuersalis (vt Aristo. inquit) magis & maxime facit scire. Sin autem velint ꝙ non faciant scire specificum in certo sciendi genere: Verum dicunt. Nam cū sint communia: & transcendentia: ad determinatum genus nō sufficiunt, nisi proximis causis additis, quę principia in genere propria vocat.

¶ *Sumitur igitur quidnam ipsa prima & quæ ex hisce proficiscū tur significant. At principia sumere, esse cætera demonstrare necesse est. Ceu quid est unitas, aut rectum, aut triangulus sumere. Esse uero unitatem ac magnitudinem, cætera autē demonstrare.*

B ¶ *Quoniam quidem igitur significent & prima, & quæ ex his, assumitur. Quod autem sint, principia quidem est accipere. Alia uero demonstrare, ut quid unitas, aut quid rectum, & quid triangulus. Esse autem, unitatem quidem est accipere, & magnitudinē, Altera uero demonstrare.*

Com. 100 Sup. tex. secūdo. cōmēta. 5. Expositio Philop. ¶ His declaratis: Aristo. nunc declarat: quæ in demonstrationibus assumpta necessarium sit demonstrare: ꝙ sint, q̄ vero: non sit necesse. Et vt Philoponus inquit: Eadem dicit: quæ in proœmijs ænigmaticæ dixit. Sed vnde ad hoc deuentum sit: Philoponus exponit, & dicit Aristotelem ad hoc deuenisse: quoniam dixit ea esse principia in vnoquoque genere: quæ ꝙ sint: non contingit demonstrare. Hinc motus: docet Phs, quæ in demonstrationibus assumpta sit necessarium demonstrare: ꝙ sint, & quæ non sit necesse demonstrare. ¶ Pro declaratione vero eorum: quæ

C hic Aristo. repetit: Philoponus præmittit: ꝙ omnia quæ in demonstratione assumunt̃: ad minus duo sunt, propositiones videlicet & conclusio. Conclusio vero: duos habet terminos, & prædicatum, & subiectum: quorum subiectum quidem concessum siue datum Philoponus vocat. Prædicatum vero: quia quæritur: vocat quæsitum. Quare quæ in demonstrationibus assumuntur in tria tandem multiplicantur, In propositiones, & in concessum, & quæsitum. Et (vt Philoponus inquit) per propositiones intelligit Axiomata: quæ maioris locum tenet. Propositiones vero: quæ minoris locum occupant: Arist. ꝑtermittit propter causam assignatam in proœmijs. His stātibus primo accipit conuenientiam, deinde differentiā. Et inquit. ¶ Quoniam quidem igitur significent & prima: & etiam ea quæ ex his sunt, videlicet conclusiones: assumitur: & tanꝙ cōmuniter illis competētes accipitur. Hęc

Verborū expō. est conuenientia. ¶ Quo vero ad verba attinet: per quo-

D niam, quod græce est ὅτι, intelligit q̄d, remota litera omicron: hoc est dēta litera o: vt sit sensus quid quidem igitur significent & prima hoc est Axiomata: quæ maioris locū occupant, & quid significent ea: quæ sunt ex primis hoc est conclusiones, assumitur: & supponitur. Deinde exponit differentiam: & inquit. Quod autem sint. s. vera: principia quidē: quæ locum maioris occupant, est accipere, ac supponere. Alia vero. s. conclusiones est demonstrare.

¶ Quo vero ad rem attinet, Animaduerte ꝙ ꝓpositiōes & conclusiones quid significent. Assumitur, quoniā clarum est: nam & ꝓpositiones & cōclusio p̄cognoscunt̃ notitia quid nominis saltē ratione terminorū, ex quibus cōstant. Deinde exemplificat, & inquit. Vt quid vnitas: aut quid rectum: aut quid triangulus. Vnitatem quidem sumit in exemplum eorum quæ dant̃, ac conceduntur: in qui E bus & quid significent: & ꝙ sint ꝑsumpta esse opus est. Rectum vero & triangulum in exemplum eorum, quæ quærunt̃. In his. n. oportet communiter quid sit horum vnumquodque assumere, hoc est definitiones eorū ꝑexponi. Et cum declarasset ꝙ in omnibus assumatur quid significat, demonstrat postea ꝑ exempla ꝙ in quibusdam quidem ipsum ꝙ sit: demonstrat̃. In quibusdam vero: ꝙ sumat̃: & inquit. Esse autem: vnitatem quidem est accipere: & magnitudinem. Altera vero demr̃are. ¶ Alex. ꝑ magnitudinē ꝑ recto audit. ¶ Et quidē non bene, qm̄ vnita- Quid Alex. Refutatio. tē & magnitudinē in exemplū eorū: quæ dant̃, ac conceduntur: accepit quoniam & in his ipsum quia est p̄cognoscit̃. Altera vero vt rectū & triangulū, quæ quærunt̃, est demr̃are. Et hoc pacto Philop. intellexit: & quidē ꝓbe, ac dilucide. Quare ex his patet, tria esse p̄cognita: duasq; p̄cognitiones: vt in ꝓœmijs expositum est.

F ¶ *Eorum autem quibus in demonstratiuis utuntur scientijs, alia cuiusq; scientiæ propria, alia communia sunt, communia tamen similitudine rationis quippe cum usus eorum tantum sese extendat in quacunq; scientia quantum cuiusq; subiecto generi cōgruit. Propria sunt, ut lineam esse talem rectumue. Communia, ut si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ restant æqualia sunt. Atq; horū unumquodq; cuiq;, satisfaciat ad cuiusq; genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, & si non de omnibus ipsum accipiet geometra, sed de magnitudinibus tantum, & arithmeticus de numeris solum.*



¶ *Sunt autem, quibus utuntur in demonstratiuis scientijs, alia quidem propria uniuscuiusq; scientiæ, alia uero communia, Communia autem, secundum analogiam. qui utile est quantum est in eo, quod est sub scientia, genere. Propria quidem, ut lineam esse talem, & rectum. Communia uero, ut æqualia ab æqualibus si de*

G *mas, q. æqualia reliqua sunt. Sufficiens autem, unumquodq; horum. quantum in genere est, idem cui faciet, si non de omnibus accipiet. Sed in magnitudinibus solum arithmetico, in numeris.*

¶ Cum dixisset prius ꝙ possibile est eisdē Axiomatibus Com. 101. vti in diuersis scientijs: vt illo: quæ eidem sunt æqualia, inter se sunt æqualia: quo vti potest geometra: & arithmeticus, nunc exquisitius hoc exponit: & vult diuersas scientias eisdem Axiomatibus non vti: nisi secundum modū æquiuocum, Geometra. n. hoc Axiomate in magnitudinibus vtit̃. vt in ꝓprijs subiectis. Arithmeticus vero in numeris: naturalis aūt Phs in tꝑibus & motibus, quæ sibi sola subiecta sunt. Vnde inquit. ¶ Sunt autem: quibus vtuntur in demonstratiuis scientijs. Alia quidem ꝓpria vniuscuiusque scientiæ, Alia vero communia. Propria quidē

H Axiomata sunt: vt in geometria, quæ magnitudines ęq̄les eidem sunt, æquales sunt inter se. In arithmetica: qui numeri æquales eidem sunt æquales sunt inter se: in naturali philosophia: quæ tempora eidem tēpori æqualia sunt, inter se æqualia sunt. Cōia vero sunt, quæ omnibus vel pluribus cōmunia sunt: vt quæ eidem æqualia inter se ęq̄lia sunt. Exponit autē quo mō cōia: & inquit. Cōmunia autem subaudi dico secundum analogiam: & non ꝓprie. Assignat autem causam, & inquit, quoniā vtile est in eo genere: toto: & in omnibus conclusionibus illius generis, quod est sub scientia. Aut saltem (vt Philop. inquit) extēdit̃ ad plures conclōnes illius generis: q̄d est sub scientia. Non tamē ad oēs illas se extendit scientias: q̄ sunt diuersorū generū: nisi secūdum analogiā. Qm̄ quemadmodū in magnitudinibus est verus ille sermo. Quæ sunt eidem

I æqualia,sunt inter se æqualia:ita etiam in numeris: & sic non secundum subiectum:cōmunitas est: sed secundum proportionis rationem.Horū exempla exponit,& inqt. Propria quidem:vt lineam esse talem videlicet fluxum inter duo puncta:& rectū esse tale.s.quod non discrepat ab extremis,quæ propria sunt geometriæ,communia vero vt æqualia ab æqualibus si demas: ꝙ æq̃lia reliqua sunt, exponit postea:qūo vnumquodq; horū est cōe, & quo modo proprium.Hoc.n.principium,Si æqualia ab ęqualibus demas,cætera sunt æqualia:si in magnitudinibus accipitur,propriū est geometriæ,& cōe omnibus cōclusionibus geometriæ.Si vero in numeris,cōe est omnibus cōclusionibus arithmeticæ,&sic est propriū:& cōe:propriū quidē generi:scientiæ,cōe vero,omnibus conclusionibus illius generis,& inquit.Sufficiens aūt vnūquodq; horum

K Axiomatū:ad id omne:quantū in genere est.Et sic est cōmune:& quod sufficiens sit ad id omne,quantū in genere est:probat:& inquit.Idē.n.faciet:si nō de omnibus ipse geometra illud Axioma accipiet: sed solum in magnitudinibus.Arithmeticus autem in numeris:faciet dico idē secundū ꝓportionis rationē:qm̄ vt in magnitudinibus verum est illud Axioma:ita in numeris: & sic est propriū, vt.n.contrahitur ad magnitudines proprium est:vt vero cōmune est omnibus magnitudinibus:cōmune. Patet ergo diuersis scientijs eadē Axiomata cōmunia esse:nō ꝓprie:ac simpliciter:sed secundū proportionis rationē. Eidem vero scientiæ esse propria:& cōmunia,etiā secundū

Nota hæc. eandē rationē proportionis.Hæc Aristo. ℣Quo tamē ad rem attinet.Animaduerte:ꝙ si Axioma illud:si ab æqualibus æqualia demas,cætera ęqualia sunt.Sumatur in sua

L maxima communitate terminorū,nulli scientiæ propriū est:& vt sic sub nullius vsu cadit.Sinautē in specie accipiatur,Vtputa: si ab æqualibus magnitudinibus, æquales magnitudines demas:cæteræ magnitudines sunt æquales: est vnum,Axioma geometriæ propriū:cui si hæc minor addatur:Anguli recti sunt magnitudines.Dabitur hęc cōclusio:ꝙ cæteri æquales erunt:Quare hæc conclusio anguli incisionis sunt æquales: non probatur per illam formaliter si ab æqualibus æqualia demas:sed ab illa specificata,si ab æqualibus magnitudinibus.Bene ergo dictum est,ꝙ tantū Axioma se extendat:quantum subiectū eius: hoc est quantum se extendit ille terminus æquale: quod est illius Axiomatis subiectum:at quia se extēdit ad magnitudines:numeros:& tempora:non proprie quidē, sed secundū rōnis proportionem: Ideo Axioma ad omnes

M scientias extendetur:quæ de illo sunt.

℣Sunt etiam & ea propria circa quæ se scientia considerat, ea quæ per se illis insunt. Atq; hæc & esse & quid sunt scientiæ sumunt. Vt unitates arithmetica,puncta,linea,geometria. At horū per se affectuum quid,quidem quisq; significat sumunt. Vt arithmetica quid par,quid impar:quid quadratum, quid quoq; cubus. Geometria,quid expers rationis.quid frangi, quid concurrere et huiusmodi cætera. Demonstrant autem ipsos esse,& per communia & per ea quæ demonstrata sunt.Eadem & astrologia facere solet. Omnis naq; demonstratiua scientia circa tria uersatur, sunt enim ea quæ ponit esse.Hæc autem sunt,genus cuius per se affectuum est contemplatrix,& ea quæ communes dignitates dicūtur ex quibus primis demonstrat,& tertium affectus quorum quid quisq; significat sumit.

Tex. 25. *℣Sunt autem propria quidem,& quæ accipiuntur esse,circa quæ scientia speculatur quæ per se insunt. Vt unitates arithmetica, Geometria autem signa, & lineas.Hæc enim assumunt esse, & hoc esse.Horum uero quæ passiones sunt p se, quid significat una quæq; assumunt.Vt arithmetica quidem,quid par aut impar, aut quadratus,aut cubus.Geometria uero quid irrationale,aut quid inflecti,aut concurrere. Quod autem sint, demonstrant & per communia,& ex his:quæ demonstrantur, & Astrologia similiter.Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est,& quæcunque esse ponuntur,hæc autem sunt genus,cuius per se passionum speculatiua est,& quæ communes dicuntur dignitates,ex quibus primis demonstrant.Et tertium passiones,quarum quid significat unaqueque assumit.* N

℣Cum exposuisset Axiomata:quæ communia, & quæ propria:nunc exponit terminos conclusionis:quæ sunt illius partes.Et primo exponit:quæ sint subiecta propria: & quomodo præcognoscantur.Deinde exponit quę sint passiones propriæ,& etiam quomodo præcognoscanť: & quomodo demonstrentur.Dicuntur autem subiecta a Philopono concessa vel data: Passiones autem dicuntur quæsita.Dicit ergo.℣Sunt autem propria quidem duplicia:& quæ accipiuntur esse:hoc est data:siue concessa,qm̄ præcognoscuntur quia sunt. Exponit autem adhuc magis hæc:& inquit,Sunt autem hæc subaudi subiecta,circa quæ scientia speculatur passiones:quæ per se insunt illis.Hæc vero,quæ per se insunt,vt Philoponus exponit: dicuntur quæsita:quæ de illis quæruntur:& sic demōstratiuæ scientiæ duo sunt subiecta,quæ esse præcognoscuntur:& passiones:quæ quæruntur.Hoc quod dixit,exponit per exempla,& inquit.Vt vnitates arithmetica:vt data ac concessa,& vt subiecta assumit esse,Geometria autē assumit esse,vt subiecta concessa & data,Lineas:& signa: hoc est puncta.Subaudiendū vero huic:vt Philop.subaudit:quæ vero per se his accidunt,quærunt.Et sic duo sunt concessa,siue data:& quæsita:Tum inter hæc dat differētiam,innuens quandā conuenientiā:est .n. conuenientia: ꝙ hæc ambo aliqua rōne pręcognoscantur ante demonstratiuam scientiam præcognoscuntur. Differentiam, vero,subscribit:& inquit.Hæc.n.videlicet data, & concessa: ac subiecta geometra & arithmetica assumunt esse,& hoc esse:hoc est præcognoscunt,quia sunt: & quid significat vnumquodq; horum.Horum vero : quæ passiones sunt per se,quid significat vna vnaqueq; assumunt.Sic igitur de subiecto:& esse,& quid significat:præcognoscitur:De passione vero: solum quid significat. Huius differentiæ exempla affert:& inquit. Vt arithmetica quidem : quid par:aut impar:aut quadratus:aut cubus.Geometria vero quid irrationale:aut qd inflecti,aut concurrere:Hæc sunt exempla passionum:ꝙ vnaqueq; quid significat:præcognoscatur.℣Quo quidē ad verba attinet,quid sit numerus quadratus,quidue cubus:superius exposuimus : non opus est repetere.Per irrationale vera:magnitudinem intelligit(vt Philoponus inquit)quæ in commensurabilem & non communem:habet mensuram ad alteram: Vtputa in diametro quadranguli & costę. Non est autem idē inflecti,& concurrere . Nam(vt etiam Philoponus inqt) inflecti est in vna linea: cuius non sunt omnes particulæ in rectitudine adinuicem:Sed(vt sors tulit) Cōcurrere vero dicuntur rectæ lineæ:quæ quidem productæ secundū vnum punctum concidūt: quemadmodum diameter ad latus.Hæc quantum ad præcognitionem . Quo vero ad demonstrationem:inquit.Quod autem sint subaudi hęc, quæ diximus:demonstrant & per communia: & ex his: quæ

Cō.102. Cōriuatio.

O

P

Q

Verborū expō. Coju.55.

A quæ demõstrata sunt. Non enim (vt Philoponus inquit) omnia demonstrãtur per eadem communia: Axiomata: nam secundum per primum: & tertium per secundũ demonstratur: & sic deinceps. Addit, ꝙ ut dictũ est de arithmetica: & geometria: & astrologia similiter. In hac. n. alia quidem secundum solum ipsum quid significat: capiuntur. Alia uero: ꝙ sint quæruntur. Deinde eorum, quæ dixit causam affert: & inquit. Omnis enim demonstratiua scientia: hoc est omnis demõstratio circa tria est: quorum prima sunt, & quæcunq; esse ponuntur vt subiecta: & hoc exponit: & inquit. Hæc autem sunt genus. s. subiectum: quod dicitur datum, vel concessum a Philopono, Cuius per se passionum speculatiua est. Affert secundum & inquit. Et dignitates, quæ communes dicuntur: ex quibus primis demonstrant: & sic deinceps ex illis demonB stratis demonstrantur secunda: & deinde tertia. Affert tertium: & inquit. Et tertium sunt passiones, quarum quid significat unaquæq;: assumit. Hæc enim (vt Philoponus inquit) sunt: quæ quæruntur: quæ per se accidunt subiectis, quæ solum, quid significat vnũquodq; sumitur. Ex his patet hæc quæ Arist. dixit non esse intelligẽda de sciẽtia totali: et de subiecto totius sciẽtiæ: sed de demostratione: quam Arist. ubiq;. demonstratiuam scientiam vocat.

¶ *Nihil tamen prohibet scientiarum nonnullas, horum præterire nonnulla, ueluti genus non supponere esse, si pateat esse. Non enim æquæ patet numerum esse, & frigidum, atq; calidum: & affectus non sumere quid significant si sint clari, sicut nec dignitates, ut quid significat æqualia ab æqualibus auferre, quia est notũ, sed nihilominus hæc tria necessaria sunt. Id inquã circa quod* C *scĩa demõstrant, & ea quæ demõstrat, atq; ea ex q̃bus demõstrat.*

¶ *Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam horum despicere, ut genus non supponere esse, si sit manifestum. quoniam est. Non enim manifestum est similiter, quoniam numerus est, & quoniam calidum & frigidum. Et passiones non sumere quid significant, si sint manifestæ. Sicut neq; communia assumit quid significant, quod est æqualia ab æqualibus demere, quoniam notũ est. Sed nihil minus natura tria hæc sunt & circa quod demonstrant, & quæ demonstrant, & ex quibus.*

Cõ. 103. ¶ Vna expositio est, quod cum Arist. demonstrasset, ꝙ tria sint præcognita ante omnem demonstrationem: hic ostendat: ꝙ licet tria sint præcognita ante omnem demõstrationem natura: nõ tamen tria sunt præcognita doctrina. Doctrina quidem non tria sunt præcognita semper: nam cum subiectum esse per sensus constet: & quid signi D ficat passio: & dignitas, per doctrinam hæc præcognoscenda non sunt uerum licet hæc tria per doctrinam prę cognita non sint, natura tamen ante demostrationẽ præcognita sunt: quatenus semper ante demostrationem assumuntur. Hæc est una expositio. ¶ Philoponus uero sic exponit, nam cum dixisset ꝙ tria sint ex quibus est omnis demostratio: & ꝙ subiectum esse præcognoscatur, & quid significat passiones et dignitates: hic demonstrat: ꝙ non semper hæc præcognoscantur: & inquit. ¶ Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam horum despicere: exponit autem quod dixerat: & inquit vt genus, hoc est subiectum, quod & datũ, vel concessum dicitur: non supponere esse subaudi tanquam probatum ex subalternante scientia. Et hoc vt inquit, si sit manifestum: quoniam est. Huius generis est metaphysica (vt Philoponus inquit) cuius subiectum. s. ens ex sensibus patet q̃m est, & non probatur, in altiori scientia. Aristo. tamen expo-

Expositio Philopo.

Q bus est syllogismus secundum unamquamq;.Hæc est maior.Ex his infert conclusionem:& inquit.Erunt vtiq; aliquæ interrogationes scientificæ: ex quibus fit syllogismus,qui est secundum unamquamq; proprius. Hæc est conclusio.⁋ Sed quo adverba attinet.Quæritur quid per interrogationem syllogisticam intelligit.⁋ Præterea quid per interrogationem:an propositionem:an conclusionẽ. ⁋ Et si propositionem:an propositionem,provtraq; parte probabilem: & sic non erit scientifica:sed dialectica. Aut propositionem alterius partis contradictionis: & sic interrogatio non erit propositio hoc modo.⁋ Secundo dubitatur quoniam demonstratiua scientia non videtur interrogare:quoniam enuntiat:& non interrogat. ⁋ Præterea interrogatio vt sic non est pars syllogismi, quoniam nulla propositio est pars syllogismi, quæ componitur ex nota interrogationis. ⁋ Insuper nullum dubium est pars demonstrationis. At intterrogatio propositio

Verborũ expositio. Dubitationes text. & prima Secunda Tertia.

Aliæ dubitationes. Prima Secunda. Tertia.

A positio dubia est. Ad has dubitationes per ordinem respondendum est, & ad primam Philop. solutionẽ innuit, & intelligit pro syllogisticum idem quod dialecticũ. Vnde interrogatio syllogistica & interrogatio dialectica. Et tunc verba Arist. legenda sunt comparatiue hoc modo. Si autem idem est interrogatio dialectica: & propositio contradictionis: ita subaudi idem est interrogatio scientifica: & propositio contradictionis. Tunc reliqua legantur (vt prius. Et cũ quæritur, quid per interrogationẽ intelligat). Dicendum: ꝙ interrogare possumus: aut in materia necessaria: aut in materia probabili: aut in materia impossibili, apparẽti tamen. Si interrogatio in materia impossibili: apparenti tamen. Sic interrogatio est sophistica. Si in materia necessaria, & per se: vel interrogamus de propositione, & sic est petitio: vel suppõ: vel de cõcl̃one: & sic est q̃stio. At si interrogamus in materia dialectica, vel de propositione: & sic est propositio dialectica: vel de cõclusiõe: & sic est problema. Simili rõne cũ interrogauimus in materia sophistica: atq; apparenti: aut interrogamus de propositione, & sic est ꝓpositio sophistica: vel de concl̃one: & sic est sophisma. Secundũ tamẽ Philop. Arist. per interrogationẽ: ꝓpositionẽ intelligit: & non q̃onem, quæ erit conclusio. Et per ꝓpositionẽ contradictionis intelligit ꝓpositionẽ, quæ est altera pars contradictionis, quæ vera est, & necessaria: vt Philop. exponit. Et cũ dicitur: ꝙ tunc non erit interrogatio. Dicendũ ꝙ non erit interrogatio ad consensum respondentis: captandũ, sed vt sentiat discipulus: quæ præceptor dicit. Per idẽ concedo ꝙ demonstratiua scientia non interrogat de consensu, vt ex illo syllogizet, sed ad assensum, vt ex illo discat discipulus. Præterea per idem concedo ꝙ interrogatio: quæ est propositio composita ex nota interrogationis: non est pars syllogismi: sed pro altera contradictionis parte sumpta est syllogismi pars. Insuper concedo ꝙ nullum dubium, quod pendet probabilius rationibus pro vtraq; parte probantibus est pars demonstrationis: sed dubiam: cuius dubietas pendet ex ignorantia terminorum, põt esse syllogismi et demõstrationis pers, hæc pro Aristo. defensione.

(Margin: Solutiões Ad primã; Ad scdam; B; Ad tertiã. Solutiões aliarũ dubitationũ. Ad primã Ad scdam; C; Ad tertiã.)

Patet ergo non omnem interrogationem geometricam esse, nec ad medendi artem omnem accommodari. & pari modo de cæteris. Sed aut ea ex quibus aliquid ostẽditur, de quibus est ipsa geometria, aut ea quæ ex eidem demonstrantur, ex quibus geometria demõstrat, qualia sunt ꝑspectiua. Idẽ est et in cæteris intelligẽdũ.

Manifestum itaq; ꝙ non omnis interrogatio geometrica erit, neq; medicinalis, similiter autem & in aliis. Sed ex quibus aut demonstratur aliquid, de quibus geometria est. Aut quod ex eisdem demõstratur geometriæ, ut uisibilia, similiter aũt et in alijs.

D

Cõ. 118. Cum declarasset particulares scientias: proprias & particulares habere interrogationes. Nunc declarat ꝙ nec omnis interrogatio geometrica est, nec omnis medicinalis, et inquit. Manifestum itaq;, ꝙ nõ omnis interrogatio geometrica erit. Neq; omnis interrogatio erit medicinalis. Et vt dico de geometria: & medicina. Similiter autem & in alijs dicendum est facultatibus. Exponit autẽ, quæ interrogatio geometrica est: & vult ꝙ ea sit geometrica interrogatio: quæ vel est propositio geometrica: e qua aliquid immediate in ipsa geometria demonstratur: vel e qua descendimus ad subalternas scientias, quę pro principia geometrica habentur, vt de perspectiua dicit. Vnde inquit. Sed interrogationes geometricæ ea sunt: ex quibus demonstratur aliquid, de numero eo: de quibus geometria est. Vt propositiones, ex quibus demonstratur, ꝙ super datam lineam contingit triangulum ęquilaterum collocare. Siquis autẽ interrogaret: an circulus sit linea pulchrior recta, non tenetur geometra (vt Philoponus inquit) respõdere. Aut interrogatio geometrica est id, quod demonstratur ex eisdem ipsi geometriæ. Vt propositiones visibiles, ac perspectiuæ, quæ demonstrantur ex geometricis principijs, sunt propositiones ad theoremata perspectiua. Ergo geometrica interrogatio vel est: propositio, per quam demonstratur conclusio geometrica. Vel est conclusio geometrica, & propositio per quam demõstratur conclusio perspectiua. Ex quibus velle videtur Arist. ꝙ vnamet propositio sit conclusio, & interrogatio: vt conclusio in geometria, pro quanto demonstratur ex eis, q̃ sunt eadem ipsi geometriæ. Et interrogatio respectu conclusionis perspectiuæ: quæ per illam demonstratur. Vnde quemadmodum problema est id quod syllogizat dialecticus: ita quæstio est id, quod demonstrat scientificus. Et vt propositio dialectica est interrogatio: qua problema syllogizatur: sic petitio est Erotema: hoc est interrogatio: quæ demonstratur, quæstio. Hic fit: vt vnamet propositio possit esse in subalternante quæstio, & in subalternam petitio: siue interrogatio. Ex his patet error Iuniorum: qui crediderunt scientificum solum de conclusione interrogare, non autem de principijs. Dialecticum vero de vtrisq;. Nam si ipsi per interrogationem velint ꝓprie dubitabilem ꝓpositionem per disputationem determinabilem: sic scientificus nec de cõclusionibus: nec de principijs interrogat. Si autem velint per interrogationem demonstratiuam propositionem, sic de principijs dũtaxat interrogationes fiunt. Arist. enim voluit hic per Erotema propositionem petitoriam aut in eadem: aut in superiori scientia determinabilem. Quam expositionem Philoponus approbauit.

(Margin: E; F; Error Iuniorum.; G)

Atq; de his ipsis reddenda quoq; ratio est ex geometricis principijs, conclusionibus suæ; sed de principijs non est reddenda ratio geometræ, ut est professor geometriæ. Eadem sunt & in cæteris scientijs obseruanda.

Et de his quidem, & ratio subhabenda est ex geometricis principijs, & conclusionibus. De principijs autem ratio, non subhabẽda est geometræ (ut geometra est).

Cõ. 119. Cũ dixisset: ꝙ duplex est geometrica interrogatio: aut ꝑ quã demõstrat̃ aliq̃d theorema geometricũ: aut ꝑ quã demõstrat̃ aliq̃d theorema ꝑspectiuũ. Nũc assignat inter hæc differentiã: & vult ꝙ de interrogatiõe: ꝑ quã demr̃atur theorema ꝑspectiuũ: subhabẽda est rõ ex geometricis principijs. Nã, vt diximus, q̃ est interrogatio ꝑspectiua, est cõcl̃o geometriæ. At de principijs: q̃ sunt interrogationes geometricæ, q̃bus demr̃ant̃ cõcl̃ones geometricæ, nõ ẽ subhabẽda rõ geometrę, q̃tenus geometra ẽ. Hæc. n. est geometrica interrogatio, cõtinuum est diuisibile in infinitũ: ad huius nõ geometra rõnẽ assignatis, q̃tenus geometra: sed q̃tenus Physicus. Vnde inq̃t. Et de is quidẽ. s. interrogatiõibus: q̃ sunt ꝓpões ad ꝑspectiua theoremata, & rõ subhabẽda est ex geometricis principijs: & ex geometricis cõcl̃onibus. Nã interrogatio ꝑspectiua est cõclusio geometriæ. De principijs aũt geometricis: q̃ sunt interrogatiões geometricę: q̃bus demr̃ant̃ cõcl̃ones geometricę rõ nõ subhabẽda est geometre vt geometra est. Sed alterius sup̃ioris: vel ex sensibus. Verũ (vt Philoponus inquit), Oportet scienctes scire, quæ sunt proximæ sciẽtiæ

(Margin: H; Philopo.)

I super vnamquamq; scientiam, vtputa musicum quæ arithmetices. Illius.n. Theorematibus vtitur. Et mechanicum, quæ geometricæ: pari autem pacto & perspectiuum. Ex theorematibus.n. scientiæ superpositæ demonstrantur ea: quæ sunt vniuscuiusq; suppositæ: atq; subiectæ scientiæ. Si igitur sciens debet esse musicus: debet scire ea: quæ in arithmetica probantur pari autem modo & perspectiuus & mechanicus, quę sunt geometriæ. De principijs autem suismet: vt inquit. Nulla scientia rationem habebit. Geometra.n. nullam ratione habet de proprijs principijs: nec alius quiuis. Sed sunt aut sensu perspicua, aut ex terminis euidentia, hæc ex Philopono.

¶ *Nec igitur artificem quemq; quæuis percontari, nec ad quæuis interrogationem de singulis respondere oportet, sed ea tantum quæ in scientia sua determinata sunt.*

K ¶ *Neq; igitur omnem est unusquisq; sciens interrogandus interrogationem, neq; ad omne interrogatum est de unoquoq; respondendum. Sed quæ sunt secundum scientiam determinata sunt.*

Com. 120 Verba te. duplicē habent expō nē Prima. ¶ Hæc verba possunt dupliciter intelligi, vno modo vt Aris. velit per hæc soluere quandam dubitationem, quā posset dici, q interrogationes geometriæ demōstrari possunt, quā conclusio primæ demōstrationis est suppositio, seu petitio secundæ demonstrationis: igitur potest esse interrogatio. Et sic geometra potest habere rationem saltē de aliquibus suis interrogationibus. ¶ Rñdet ergo Aris. secundum hanc expositionē: & inquit. ¶ Neq; igitur omnē interrogationē est: hoc est oportet vnumquēq; scientem interrogandum. Hoc est neq; igitur oportet vnumquēq; scientē interrogare omnem interrogationem. Neq; secūdum omne interrogatum: est de vno quoq; respondendū. Quia est deuenire ad primas petitiones: quæ sunt L primæ. Sed quæ determinata sunt secundū scientiam suam: hæc debet interrogare: & ad hæc respondere. Et sic cum diximus geometram nullam habere rationem de suis petitionibus siue interrogationibus. Volumus intelligere de omnibus: quia de aliquibus nihil prohibet. Vt de illis, q̄ 2. expositio & est Philopo. supponūt primas petitiones. ¶ Aliter possunt exponi, vt nunc Aris. velit ex dictis concludere q & interrogationes: & responsiones sint ꝓpriæ vnicuiq; scientiæ. Vt Themistius & Philop. exposuerunt. Hi.n. sunt q̄ verba Aris. correctiora habent. Vnde Aristo. inquit. ¶ Neq; igit omnē interrogationē vnusquisq; sciens interrogandus est: neque ad omne interrogatum respondendum est de vnoquoq;. Nā (vt Philop. inquit). Si geometra quidē de Peripheria interrogetur an quadret recti lineæ: necne? Aut q̄ M figurarum Isoperimetrarū sit multiloci capacior? & an ęq̄les sint inter sese, quæ a centro circuli concidūt rectilineę. Ad omnes has respondendum est. Sunt.n. geometricę interrogationes, siquis tamen interroget: quę linearū sit pulcherrima, rectilinea an circularis: ad hoc non respondendum est. Non.n. geometrica interrogatio est. Non igitur ad omnē interrogationem respondēdum est. Non.n. de musica respondet geometra. Sed (vt inquit). Ad ea respōdet & ea interrogat, quæ sunt determinata in propria sciētia. Hęc ē expō Phil. q̄ (vt mihi vr̄) & planior ē: & verior.

¶ *Quod si quispiam cum geometra ut geometra est, sic disseruit, patet & bene illum esse disceptaturum, si ex his ostenderit ali-* Aūt p̄terea. *quid. Quia si nō hoc disseruerit mō, nō bn̄ sine dubio disceptabit.*

¶ *Si autem disputabit cum geometra, quatenus est geometra sit. Manifestum est, q, & bene. Si ex his aliquid demonstrat. Si uero non, non bene.*

N Com. 121. ¶ Cum declarasset q in vnaquaq; scientia sit tū propria interrogatio, tum propria responsio. Nunc concludit in vnaquaq; scientia esse propriam disputationem: quæ ex interrogatione ex parte oponentis, & respōsione ex parte respondentis conficitur: & hoc per exemplum in geometria concludit: & inquit. ¶ Si autem subaudi geometra: quatenus est sic geometra: disputabit cum geometra. Manifestum est q & bene disputabit. Et hoc si ex his aliq̄d demōstrauerit: quæ geometrica sunt. Si vero non supple geometra sic disputauerit, sed cū musico ex prīcipijs geometricis: is non bene disputat. Per quæ patet proprias cuiusq; scientiæ disputationes esse: quæ ex proprijs illius sciētiæ interrogationibus, atque proprijs responsionibus cōstat. Et cū dixit: Sic autem verbum autem non aduersatiue. Sed potius coniunctiue legendum est, vt pro p̄terea, Philopo. vel pro aliquo tali. ¶ Exponit autē hęc Philop. per exem O pla: vtputa si quærat a geometris circuli terragonismū, quē antiphon & bryson opinati sunt inuenisse: cum petant sibiipsis dari: quæ non concederet geometrę: hic quidem rectam lineam adaptare circulari. Ille vero: maius & minus circulo describens quadrangulum: vt in alijs diximus: per intermedium maioris & minoris descripti quadranguli, æqualem circulo quadrangulus putat demonstrare. Sed sic quidem male aduersus geometras disputabant: non vtentes geometricis principijs. ¶ Hippocrates Hippoc. vero quatuor lunulas demonstrans: æquales esse quadrāgulo, non male ex geometricis nāque principijs hæc demonstrat. Vt & nos prius demonstrauimus vnā lunulā æ qualem esse triangulo: eorum quatuor qui ex diuisione quadranguli, putat & alio modo circulum quadrare. Peccat autem is: quatenus quod in parte est, censebat & in omni esse. P

¶ *Patet etiam illum non redarguere geometram nisi per accidēs. Quamobrem inter ignatos geometriæ de geometra disserendum non est. Latebit.n. is qui dixerit praue. In cæteris etiam scientijs res sese habet similiter.*

¶ *Manifestum autem est, q, non redarguit geometram, nisi per accidens. Quare non utiq; erit in non geometricis de geometria disputandum, latebit enim praue disputans. Similiter autem se habet & in alijs scientijs.*

¶ Tertio ostendit in vnaquaque scientia fieri in disputa- Com. 122 Finis disputationis est victoria. tionibus illius propriam victoriam, quæ est finis disputationis: nam si in vnaquaque propriæ disputationes fiūt, etiam in vnaquaque fient propriæ victorię: Vnde inq̄t. ¶ Manifestum autem est, q qui per extranea redarguit geometram: non redarguit geometram, nisi per accidens. Igitur qui per propria geometræ geometram redarguit: per se vincit, ac redarguit. Vt redarguere arithmeticus po Q test per numeros geometram, sed per accidens: quatenus redargutus geometram induit formam atque habitum arithmetici. Hæc ostendit Philoponus per exemplum: vt Exemplū Philopo. siquis non geometricus cum interrogauerit geometram. Vtrum pulcherrima linearum, recta an circularis. Si aliquis responderet q recta: & aliquis hunc redargueret: non geometram redargueret. Non enim de his, quæ competunt geometriæ: redargueret sed per accidēs, quoniam accidit redargutum geometram esse. Non .n. quatenus geometra redarguitur. Neque quatenus medicus redarguitur īmedicus in musicis theorematibus redarguitur. Ex his omnibus concludit vnum præceptum vtile ad disciplinæ adeptionem: & inquit. Quare non vtique

erit in

A :erit in non geometricis de geometria disputandū. Cuius cām assignat,& inquit.Latebit.n.praue disputans. Nam (vt Philoponus inquit). Quemadmodū vnūquemq; de proprijs ac peculiaribus oportet disputare:ita & geometram,& non ingeometricus de geometria disputaturus ē. Non.n.sciunt ignari iudicare sciētias.Quo circa sæpe sæpius prauus melior putabitur esse q̄ sciens. Propter hęc Aris.assignans cām:dicit.Latebit.n.praue disputās. Quoniā nec opponēs:nec respōdens poterit iudicare an bene: an male disputetur.Et addit id quod de geometria dictū est:Similiter se habere & in alijs scientijs.¶Ex his patet in omni scientia esse propriā interrogationem: quæ quidē si est de cōclusione:est qō.Si de principio:est petitio.¶Secundo patet in omni scientia esse propriā rūsionem:quæ si est ad ꝓpositionē:ē suppō:si ad questionē, est cōclusio.

B ¶Tertio apparet in omni sciētia esse propriā disputationē:quæ ex interrogatione:& rūsione cōficitur.¶Quarto patet in omni scientia esse propriā victoriam atq; redarguitionē:quæ est finis disputationis.¶Sed circa hæc dubitatur,quia non vr in scientijs posse esse disputationē, qm disputatio est actus dialectici.¶Rūdet Themistius in scientia fieri interrogationē:responsionē:& disputationē non gratia consensus a respōdente captandi: sed gratia prætentandi aliquos eiusdē professionis.¶Sed adhuc dices:quia primo elenchorū disputationes sunt quatuor doctrinalis: quæ pertinet ad scientiam:dialectica:& tentatiua:quæ am bæ attinent ad dialecticum.Et quarta est sophistica.Igitur tentatiua non attinet ad demonstrationem.¶Dicendū q̄ tentare est duobus modis. Vno mō:cuius finis est habere consensum a respondente:vt inde proficiscatur ad disputationem:& hæc attinet ad dialecticū. Alio modo: cuius finis est disponere discipulū:vt docet Plato in Menone.Et hæc tentatio est doctrinalis disputatio:& de hac loquitur Themistius.¶Secūdo dubitatur, quia musicus potest cū arithmetico disputare, & tñ musicus non est arithmeticus.¶Præterea. Omnis disputator saltē opponēs debet latere:aliter non esset disputatio.¶Dicendū primo q̄ Aris. per non geometrā intelligit eū:qui nec principaliter, nec subalternate est geometra.Musicus autē saltē subalternate est arithmeticus.¶Secūdo dicendū q̄ latere est bifariā: aut conueniendo in terminis:& sic licet latere in demonstrationibus:vt perueniatur in finem:Aut disconueniēdo in terminis:& sic non licet latere in demonstrationibus: quoniam hoc latere esset per extranea latere.

Dubō.1. *Rñ. The.* *Obiectio. Cap.2.* *Solutio.* C *Tentare duobus modis.* *2.dubō.* *Solutio.* *Latere bifariam.*

D ¶*Cum autem interrogationes sint geometricæ,sunt & ingeometricæ, & interrogationum hæ quæ ab ea prodeunt ignoratione quæ est dispositio,geometricæ ne sunt, & in quacuq; facultatū similiter.Præterea utra ratiocinationum ab ignoratione proficiscitur,utrū ea quæ oppositis cōstat,an ea quæ cōstructa ē uitiose.* *Tex.28.* ¶*Quoniam autem sunt geometricæ interrogationes, nōne sunt, & ingeometricæ,Et secundum unamquanq; scientiam quæ secundum ignorantiam qualem secundum sunt geometricæ.Et utrū qui secundum ignorantiam syllogismus est,sit qui est ex oppositis syllogismus,an paralogismus.*

Cō.123. Continuatio. ¶Cum dixisset q̄ non omnē interrogationē interrogandus est geometra:aut medicus: aut quispiā aliorū sciens: sed sola ea:quę propriæ peculiariq; scientiæ conueniunt: competuntq;.Et q̄ non ad omnē interrogationē respondere debet sciēs:sed ad solas proprias:familiaresq;. Vtputa:geometra ad geometrica. Et medicus ad medicinalia.

Expō Ph. Quærit in his(vt Philoponus exponit) vnū quemadmodum sunt geometricæ interrogationes: sint etiam ingeometricæ,& in alijs scientijs simil̄r.Hāc proponit:& inqt. ¶Qm aūt sunt geometricæ interrogationes:nōne sunt & ingeometricæ:& mouit qōnē de geometricis:ita & in alijs sil̄r intelligēdū est:vt vtrū sicut sunt physicæ interrogationes sint & inaturales:Vñ sensus est:Vtrū in eadē sciētia: vtputa in geometria:sint geometricæ & ingeometricę interrogationes:Et in physica sint naturales & innaturales interrogationes:& in alijs sciētijs sil̄r.Et p interrogationes intelligi potest de principijs:& sunt petitiones:& de cōclusionibus:& sunt qōnes.De vtrisq;.n.qō est, an in eadē sciētia sint:vt in geometria geometricæ,& ingeometricę: hęc prima qō.¶Deinde mouet scdam qōnē, q̄ sic ad primā continuat.Et siquidē in eadē geometria sint interrogationes geometricæ:& ingeometricę:q̄ sint hæ:& scdm q̄lē ignorātia vtiq; fuerint:& vt intelligat hæc qō.¶Animaduerte vt posterius patebit: q̄ duplex est ignorantia: hæc quidē scdm negationē.Illa vero scdm dispōnē.Ignorātia negationis ē:q̄ nullā notionē hēt de re. Scdm dispōnē vero:q̄ notionē quidē habet de re:sed fallacē:& nō exquisitā.Qui.n.nō scit parallelas cōcurrere,is ignorātiā habet:quæ scdm negationē est.Siqs vero putauerit parallelas cōcidere:is ignorantiā habet:q̄ est scdm dispōnē: qm male de re dispositus est.¶Est ergo secūda qō:cū in eadē geometria sint geometricæ,& ingeometricæ interrogationes,& ingeometricæ interrogationes sint, quæ sunt secūdū ignorātiā:Ideo q̄rit scdm quale ignorantiā hæ interrogationes sint ingeometricæ:an dispōnis:an negationis.Et hoc inqt.Et scdm vnāquāq; sciētiā: q̄ secundū ignorātiā:hoc est:& dato q̄ interrogationes:q̄ sunt scdm ignorantiā:Vtputa ingeometricæ, sint scdm sciētiā geometriæ,scdm q̄lē ignorantiā sunt geometricæ, an scdm ignorantiā dispōnis:an scdm ignorantiā negationis.Hęc expō Philoponi est,q̄ verba græca optime ꝑlibrauit. Vñ sensus est secūdæ qōnis:cū ingeometricæ interrogationes,q̄ sunt in eadē geometria,sint scdm ignorantiā: scdm quā ignorantiā hæ sunt,an dispōnis,an negationis. ¶Deinde mouet tertiā qōnem:Nā cū ignorantia quę secūdū dispositionē ē,trifariā diuidat Platonici:aut scdm materiā, aut scdm formā syllogismorū,aut secūdū vtrūq;:Vtrū interrogationes:quæ sunt scdm ignorantiā sint secūdū ignorātiā ꝓficiscentē a syll̄is peccātibus in materia:aut peccātibus in forma,aut peccatibus in vtroq;. ¶Vbi aduerte: q̄ syll̄s sophisticus triplex est,aut q̄ ex falsis syllogizās: seruat formā,aut q̄ ex veris:nō seruat formā,aut q̄ ex falsis,nō seruat formā.Primus quidē peccat in materia:Secūdus peccat in forma:Tertius peccat in vtroq;. Quærit ergo secūdo loco,cū triplex sit ignorātia: aut q̄ ꝓficiscitur a syllogismo peccāte in forma:aut in materia,aut in vtroque, Vtrū interrogationes quæ sunt scdm ignorantiā: sint secūdū ignorantiā ꝓficiscentē a syll̄is peccantibus in materia:aut peccantibus in forma:aut peccatibus in vtroque.Vñ inqt.Et vtrū qui secūdū ignorantiā syll̄s: q̄ est ex oppositis syll̄s,an paralogismus.Hoc est vtrū interrogatio ingeometrica sit syll̄s secundū ignorantiā, q̄ ex oppositis,hoc est secūdū ignorantiā dispōnis:ex falsis videlicet ꝓpōnibus factus syll̄s:hæ.n.oppositæ sunt veris, an paralogismus:hoc est qui ob peccatū scdm figurā fit:quē neq; syllm̄ dixit:Sed paralogismū:ꝓpterea quia non seruat figura.Et verbū illud secundū ignorantiā,in cōi accipiendū est:tā in syllogismo q̄ in paralogismo.

E *Pria q̄sti. mota in text.* *2.questio.* F *Cōmēta. sequēti. Duplex ignorātia.* G *3.quæstio. Ignorātia dispōnis trifariā secūdū Platonicos.* *Syll̄s sophisticus triplex.* H

I *¶ At enim in geometricæ interrogationes, aut ex geometria sunt, aut ex alia facultate. Nam musica quidem interrogatio, si de geometria fiat, ingeometrica est. At æque distantes putare concurrere: tum geometrica, tum ingeometrica est, Duplex est enim ingeometricum, & perinde atq; informe, atq; alterum ex eo quia nihil habet geometriæ ut informe, quod uacat forma. Alterum ex eo quia aliquid eius praue complectitur, ut informe, quod turpem habet formam fœdamq;.*

¶ Secundum geometriam autem. Aut ex alia arte ut musica interrogatio in geometrica est, de geometria autem, ut adinuicem parallellas concurrere opinari, Geometrica quodam modo est, & in geometrica alio modo. Duplex enim hoc est. Sicut Arrythmon, et Arrythmõ inconsonans. *alterum quidem ingeometricum est in non habendo, sicut Arrythmon. alterum uero in praue habendo.*

K Cõ.124. ¶ Rñdet nũc ad qõnes, Et (vt Philoponus inquit) Arist. diuidit ignorantiam: quoniam altera est secundũ negationẽ. Altera secundũ dispositionẽ: quæ quidẽ ex alia arte interrogationes sunt: secundũ negationẽ ignoraatiæ sunt. Quæ vero ad ipsa: falsæ sunt: hæ secundũ dispositionem sunt. Tunc vult ꝙ interrogationes: q̃ ingeometricæ sunt, secundum ignorantiam dispositionis, Geometricæ sunt aliquo modo, & non geometricæ alio modo. Nam quatenus ex geometria terminos habent: geometricæ sunt, q̃tenus vero falsa capiunt, non geometricæ. V ñ dicit. ¶ Secũdũ geometriã autẽ interrogatio duplex est, aut ex alia arte: & hoc pacto ignorantia negationis est: vt musica interrogatio ingeometrica est. Hæc enim est secundũ ignorã

L tiam negationis. De geometria autẽ, alia interrogatio ẽ in geometrica, quæ falsa capit: Vtputa: q̃ est secundũ ignorantiã dispositionis: Vt adinuicẽ paralellas cõcurrere opinari: Geometrica quodã modo est: & ingeometrica alio modo. Ergo interrogatio ingeometrica secundũ geometriã: duplex est: aut secundũ ignorantiã negationis: & sic musica interrogatio est ingeometrica. Aut secundũ ignorantiã dispositionis, & sic contrariũ primorũ principiorum est interrogatio ingeometrica. Nam vtraq; est ignorare secundũ geometriã: licet altera sit secundũ dispositionẽ: altera secundũ negationẽ. Huius diuisionis ponit exẽplũ: & inquit. Duplex. n. hoc est: Sicut Arrythmon: hoc ẽ sicut inconsonans, nã vt incõsonãs duplex, Alterũ in nõ cõsonando. Alterũ in praue cõsonãdo, ita quoq; duplex ingeometricũ: Alterũ quidẽ ingeometricũ est in nõ habẽ-

Notandũ Arrythmõ duplex. do: sicut Arrythmon: dicit̃ inconsonãs in non habendo, hoc est p negationẽ: Alterũ vero in praue habẽdo. ¶ Pro

M euidẽtia dictorũ animaduerte: vt Philoponus exponit: ꝙ quemadmodũ Arrythmon duplex est. Aliud quidẽ: q̃d nullo pacto per naturã aptũ est habere Rythmum: vt si quis dicat punctũ Arrythmon, q̃m suapte natura Rythmon non habet. Aliud vero q̃d habet quidẽ: sed male: vt

Ingeometricũ duplex. carmen dicimus Arrythmon: ꝙ praui Rythmi sit. Eodẽ mõ & ingeometricũ: aut quod penitus est in negatione geometriæ. Aut quod male, & in sciẽter cõplexũ sit. Talia autẽ sunt: quæ secundũ alias sciẽtias sunt: Vtputa, si q̃s interrogabit geometrã musicũ theorema: aut medicinale: Hoc. n. est eius ignorantiæ: quæ est secundũ negationẽ: & ita hoc ingeometricũ est, quemadmodũ punctum Arrythmon: Siquis vero dicat parallelas cõcidere: quatenus quidã de parallelis, & de concursu ipsarũ dicit: Geometrica est interrogatio: Quatenus vero dicit concidere

Solõ ad primam qõnem. parallelas non geometrica est interrogatio: hoc est cacogeometricon, hoc est praue geometricum. ¶ Ex his patet solutio ad primam, nam declaratũ est esse geometricas interrogationes eas interrogationes ingeometricas, q̃ sunt secundũ ignorãtiã dispõnis. Quæ vero sunt scdm ignorãtiã negationis: licet sint scdm geometriam: tamen sunt nõ geometricæ: q̃m alterius artis sunt ab ipsa geometria. N

¶ At hæc ignoratio, & quæ ex talibus est principijs geometriæ contraria est.

¶ Et ignorantia hæc, quæ ex eius principijs contraria est.

¶ Secundo quærebatur: cũ ingeometricæ interrogationes, quæ sunt secundũ ignorantiam sint geometricæ: secundũ qualẽ ignorantiã sunt geometricæ. ¶ Respõdet ꝙ interrogationes ingeometricæ quæ sunt secundũ ignorãtiam geometricæ: sunt interrogationes secundũ ignorantiam dispositionis, quæ ex principijs contraria est: Vtputa, ex falsis: quæ sunt opposita primis principijs. Vnde inquit. ¶ Et ignorantia hæc: qua interrogationes ingeometricæ sunt: Geometrice: ea est: quæ ex eius principijs contraria est. Hoc est ea ignorantia est, quæ dispositionis dicitur, Vtputa: quæ est syllogismus ex oppositis primis. Mam (vt Philoponus inquit) Hæc ignorantia est in praue habendo, praue autẽ habere est quod est ex principijs hoc est ex propositionibus nõ veris. Falsæ enim veris cõtrariæ sunt. Ergo continuatur hoc modo, ꝙ cũ duplex sit in geometrica interrogatio, aut quæ nullam habet cũ geometria proprietatẽ: aut quæ deprauatæ habet. Hanc distinctionẽ cum posuisset: mox: vt Philoponus inquit: Exponit quid sit deprauate habere, & vult quod sit ex p positionibus contrarijs veris. Alterum vero modũ, qui ẽ ob peccatũ in figura, omnino seiunxit a geometria, q̃m (vt diximus) nihil in geometria cõcludi potest ob peccatũ in figura. ¶ Ex hoc patet solõ ad secũdã, ꝙ ingeometrica interrogatio quæ est secundum ignorantiã geometrica, ea est, quæ est secundũ ignorantiã dispositionis. Cõ.125. O P Solõ ad secundam

¶ In mathematicis autem non similiter fraus fit cum disseritur, quia medium est semper duplex, nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rursus identidem de altero dicitur atq; prædicatum non dicitur omne.

¶ In mathematibus autem non est similiter paralogismus: quoniã medium semper duplex est. Etenim de hoc omni: & hoc iterũ de alio dicitur omni. Quod autem prædicatur, non dicitur omne. Tex. 29.

¶ Secundũ Iuniorũ expositionẽ Aristo. hic soluit tertiam quæstionẽ: At vt ex commentarijs Philoponi mihi videtur. Aristo voluit ad tertiam quæstionem solutionẽ esse manifestam ex his: quæ dixit ad præcedentes quæstiones. Ex dictis enim patet ignorantiam dispositionis esse syllogismum ex falsis, qui tamen seruat figuram: non autem paralogismum: qui peccat in figura. Et quoniam dixit in scientijs accidere paralogismum: in hoc loco (vt Philoponus inquit). Vult dicere ꝙ non ita paralogismi in scientijs fiunt: sicut in dialecticis methodis. Quoniam in scientijs syllogismi fiunt circa determinatas res: in quibus non accidit multiplicitas. In dialecticis vero cum syllogismi fiant circa sermones: accidere potest multiplicitas. Vnde inquit. ¶ In mathematibus autem hoc est in scientijs: non est similiter paralogismus: Veluti in dialecticis: Et assignat causam: quoniam in scientijs semper medium est vnum & determinatum duplex tamen: hoc est his ante conclusionem assumptum. Etenim de hoc omni scilicet maior de medio omni, & hoc scilicet medium iterum de alio dicitur omni. s. minori. Et nẽ quis dicat prædicatum posse distribui, Addit obiter. Quod autem prædicatur: Cõ.126. Introdũ. Iuniorũ. Philopo. Q

non

A non dicitur omne. Et sic nec maior de medio potest vniuersaliter accipi:nec medium de minori potest distribui, Per quae vult habere in scientijs semper medium esse vnū & determinatum:licet bis assumptum, vt subiectum: & vt praedicatum, Vnum tamen semper. In dialecticis vero nō semper vnū & idem est. verbi gratia. Sapientes discūt: Qui discunt, non sciunt. Sapientes igitur non sciunt. Discere enim aequiuocum est:& in ipso intelligere:& in ipso doceri dictum. Latet autem deceptio propter aequiuocationem. Et rursus Homo animal:animal trisyllabū. homo trisyllabū igitur. Dupliciter enim homo & in substantia: & in nomine. Etenim & res dicitur homo, & nomen etiā. Et iterum. Olera excedūt terram. Quod excedit eo quod exceditur:maius est:Olera igitur terra maiora sunt. Excedere.n. aut secūdum magnitudinē excedere dicitur, aut supra superficiem esse. Quia igitur non circa determinatos, multas deceptionis causas habent. In scientijs vero nō ita, determinatae.n. sunt res:quae secundū vnāquanq; scientiā, & nūq; ob aequiuocationem error in ipsis accidit. Quo fit:vt paralogismi in scientijs non accidant, sicut in dialecticis, nam neq; accidere possunt propter aequiuocationē medij:neq; propter illius multiplicitatem. In dialecticis autem possunt accidere paralogismi in dictione:vt visum ē.

Discere eq uocum est.

B

Quaestio. ¶ Quaerunt Iuniores. Vtrum praedicatum sit forma subiecti:Et licet haec quaestio sit obiter quaesita. Tamen argumentantur q non, quoniam nec genus nec differentia est forma speciei:cum sint illius partes praeterea in hac propositione, homo est homo:homo non est forma sui. ¶ Neoterici asserunt praedicatum esse semper subiecti formam: praeterq; in propositione:in qua idem praedicatur de seipso. Sed contra, qm̄ in hac propositione album est lignum, potius subiectum est forma praedicati q̄ contra, vt Boetius dicit. Propterea dicendum. q in praedicatione naturali:semper praedicatum est forma subiecti:aut inherens:quę in est aut declarans, quae dicitur de alio. In ea autem enunciatione:in qua idem de se enuntiatur:nihil praedicatur, cū non sit propositio, vt alibi diximus, Sed enuntiatio:quae ex nomine constat, & verbo.

Sop. Neotericorū. Cōfutatio

C

Propria solutio.

¶ *Haec autem licet quasi cernere mentis perceptione, in disserendi, uero facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura, si designauerit patet. Sed quidnam ultra. Carmina ne sunt circulus, continuo patet non esse.*

¶ *Haec autem sunt, ut est uidere intellectu. In orationibus autem, latent. Vtrum omnis circulus figura sit, si autem scribatur, manifestum est. Quid autem sint ne carmina circulus. Manifestum, quoniam non sunt.*

D

Cō.127. ¶ Cum dixisset:q in mathematicis scientijs non accidant paralogismi inductione, Sed in dialecticis methodis:nunc per exempla haec ostendit, & inquit. ¶ Haec autem sunt: terminos dicit. Vt est videre intellectu, videlicet in mathematibus:nam de his est sermo. q.d. In mathematibus autem, non est sisr paralogismus propter duplicitatem termini:in dialecticis. Vnusquisq; enim terminus eorum, qui in mathematibus sunt:eo quod determinatus sit: velut ostēsio est. Et simul cum auditur circulus aut tale quid: statim sciens videt quod dictum est, in seipso depictum, & non fertur in aliud quoddam significatum, sed in hoc solum, cuius & definitionem intra se continet. Ergo quasi dicat. Haec autem. s. termini & terminorū significata sunt eo modo: Vt est videre intellectu:in ipsis mathematibus. Nam (vt Philoponus exponit), Siquis interrogaret geometrā, si circulus sit figura: statim phantasiam aduerteret ad descriptum circulum, & non determinaret: de quo circulo sermo est:aut quot modis circulus dicitur, quoniam ex descriptione patet eius determinatio. Propterea inquit. Haec autem scilicet termini & terminorum significata in mathematibus sunt eo modo, vt est videre intellectu a sensibus atq; phantasia terminorum significato accipiente vel intellectu, in quo sunt depictae figurae & circuli, vt sunt in abaco:vt recte Philoponus exponit. In orationibus autē hoc est in dialecticis conuentibus:latent nomina, propterea q non sint determinata. Vtrum omnis circulus sit figura, Nam in voce circulus est multiplex, quoniam dicitur de figura:& dicitur de carminibus. Si autem scribatr: scilicet aut in phantasia:aut in abaco:manifestum est: & sic tollitur aequiuocatio. Rursus autem si quis te interrogaret quid sint, hoc est vtrum sint ne carmina circulus. Iterū manifestum est:quoniam non sunt circulus, ex descriptione enim in abaco:aut in phantasia:patet q carmina non sint circulus. Ex his sequitur:q cum determinata sint, quę subiecta sunt geometriae, & nulla aequiuocatio est in sciētijs:minus ac raro est paralogizari in ipsis:determinata.n. est (vt Philoponus inquit). Vniuscuiusq; termini significatio, Vtputa quid est circulus, & quid linea:& quid aequipedum:& quid concidere, & vnumquodq; caeterorum eodem modo, & sunt quasi constitutae:dispositęq; in anima figurae: Vnde simul est eum audire circulum:& circulum:qui in anima est figuratus:ac dispositus, est intelligere:Sic autem non est in dialecticis, non enim determinata sunt, quae sunt subiecta dialecticae. ¶ Quo vero ad verba attinet:animaduerte (vt Philoponus perpulchre exponit); q Aristoteles vocat carmina circulum, hoc est epigrammata, eo modo confecta:non vt dictionem finalem primi versus consequatur principium secundi. Et finalem dictionem secundi consequatur principium tertij, & sic deinceps ordinate. Sed vt possit idem versus, & principiū & finis fieri. Huius rei affert exemplum est epigrammatae, quod Homerus, vt Herodotus inquit in vita Homeri, confecit in Midam Regem Phrygum. Exponit & Philoponus haec alio modo sed non curo, quoniam exemplorum non veritas:sed manifestatio requiritur. 2. de aīa. com. 67.

E

F

G

¶ *Atq; non oportet inficiationem ad ipsum afferre, si sit propositio inductiua. Vt enim neq; propositio est ea, quae non ad plura sese extendit. Non enim erit de omnibus. Vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio. Sic patet nec eam inficiationem esse, quae uniuersalis non est. Etenim eaedem sunt propositiones, inficiatione suae. Nam quam affert quispiam inficiationem, ea uel disserendi uel demonstrandi propositio fieri potest.*

H

¶ *Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiua. Sicut enim neq; propositio est, quae non est in pluribus. Non enim erit in omnibus. Ex uniuersalibus autem syllogismus, Manifestum est, q neq; instantia est. Eaedem enim sunt propositiones, & instantiae. Quam enim fert instantiam. Haec utiq; fiet propositio demonstratiua aut dialectica.*

¶ Quid velit facere hic Aristo. Philoponus dubitat, nec bene ipse exponit. Quidam vero (quorum expositionem narrat Philoponus) dixerunt q cum Arist. Declarasset differentiam inter paralogismos:dialecticos, & doctrinales:hic velit declarare qualis sit instantia, quae fit in paralogismis:qui fiūt in mathematibns. Dato q aliquis paralogismus in illis fiat, veluti esset iste. Circulus omnis figu- Cō.128. Quae Phi.

I ra: carmen circulus, igitur carmen figura, dico dato ꝙ in mathematicis fieret: quia reuera nullus fit paralogismus in dictione, vt in dialecticis. Sic igitur vult declarare qualis instantia fiat in paralogismos mathematicos: si aliquis in mathematicis paralogismus fieret. Et vult ꝙ instantia contra paralogismos mathematicos non fit per inductionem, hoc modo inducendo contra minorem: & hæc: & illa carmina non sunt circulus. Sed oportet vniuersaliter instare, Vtputa, ꝙ nullum carmen sit circulus. Nam sicut propositio non est demostratiua: quæ non est vlis: qm̃ ex vlibus est syllogismus, ita nec instantia est scientifica, quæ non est vlis. Causa autẽ, qm̃ instantia fit aliquando syllogismi pars: Vtputa si aliquis instaret ad propositionẽ dicentẽ carmina circulus, & diceret nullũ carmen est circulus. Instantia nunc fieret syllogismi conclusio dicentibus nobis hoc modo: Nullũ carmen est figura. Omnis aũt circulus figura est. Nullũ igitur carmen circulus est. Si vero ad cõclõnẽ fertur instantia, dicentẽ, ꝙ carmina circulus dicet hoc modo. Nullũ carmen circulus est, circulus autẽ figura est. Nullum igitur carmen figura est. ¶ Hęc est vna expositio: quam Philoponus narrat: & nõ approbat. Primo, qm̃ semper instantia est syllogismi cõclusio. Hanc. n. oportet demonstrare: vt oppositũ ipsi demonstrabimus non recte esse. Amplius: hæc expositio non cõsonat verbis Aristotelis: vt dicit. Tamen ipse exquisitam huius loci expositionẽ transfert ad tẽpus, donec perquirat alios expositores. ¶ Sed si liceat ponere os in cœlum: dicerem ꝙ Aristoteles hic venit ponere differentiam inter instantiam dialecticam, & doctrinalem: siue scientificam. Nam postquam posuit differentiam vnam inter paralogismos dialecticos & mathematicos, hic obiter interponit differentiam inter instantiam dialecticam: & scientificam. Et vult ꝙ dialectica instantia sit particularis: vel inductiua: hoc est singularis. Scientifica vero sit vniuersalis: quoniã est ꝓpositio de omni & per se. Vnde inquit. ¶ Non oportet autem instantiam ferre in ipsum quod volumus destruere in mathematicis. Si illa instantia sit propositio inductiua, hoc ẽ singularis. Sic enim instamus in dialecticis. Affert causam, cur non sic instamus in mathematicis: & inquit. Sicut enim neq; propositio est in mathematicis: q̃ non est in pluribus: hoc est vniuersalis, contra quam instamus, ita nec instantia est quæ non est vniuersalis. Nam (vt inquit) si propositio non sit in pluribus, & vniuersalis: non erit in omnibus. Sed (vt inquit). Syllogismus ex vniuersalibus est. Et ita nec propositio potest esse nisi vniuersalis: quare & instantia vniuersalis est. Per hæc autem verba vult innuere consequentis destructionem, hoc pacto. Si propositio non sit vlis: propõ non erit in omnibus. Et si propositio non sit in omnibus: syllogismus nõ erit ex vlibus. Destruit tunc vltimũ cõsequens dicẽs. Sed ex vlibus est sylls. Et sic vult habere ꝙ propõ sit vlis: q̃re & instantia. Et hoc infert: & inquit. Manifestũ est ꝙ neq; instantia est vniuersalis subaudi si propõ non sit vlis. Cuius causam affert: & inquit. Eędem. n. sunt ꝓpositiones: & instantiæ. cuius cãm affert, dicẽs. Quã enim fert instantiã: hæc vtiq; fiet ꝓpõ demõstratiua in scientijs, aut dialectica in ꝓblematibus. Recte ergo dictũ est: ꝙ instãtia in scientificis fit vniuersalis. ¶ Quo vero ad verba attinet. Quidam & recte dixerũt: ꝙ instantia, quando fit ad propositionem: vt si fieret ad propositionẽ: nẽ dicẽtẽ carmina circulus, diceremus. Nullũ carmen figura est. Omnis autẽ circulus figura. Nullũ igitur carmen circulus est. Si nautẽ fieret ad cõclõnem, instantia fiet propositio, vt ad illã conclusionẽ carmina circulus, dicemus hoc pacto. Nullũ carmen circulus est. Circulus aũt figura est, nullũ igitur carmẽ figura est. Et ita quouis mõ semper instantia est vniuersalis. At in dialectici: põt esse inductiua: hoc est singularis.

K

L

Propria expositio.

M

Verborũ expositio.

¶ Sed circa hanc nostrã expõnem: sunt dubões: & prima quidẽ: quia instare est officiũ opponentis. Sed in mathematicis non licet opponere & respondere, nõ. n. in illis disputationes fiunt. Igitur sunt instantiæ. Secundo, quia ꝓpositiones demonstrationis sunt veræ: Instantiæ autẽ falsæ. Igitur instantiæ non sunt ꝓpões per se. Tertio: instãtia esse põt ad vniuersalẽ propositionẽ. Sed instare ad vniuersalem non fit nisi ꝑ contradictionẽ, & omnis cõtradictio est inter vniuersalẽ & particularẽ. Igitur omnis instãtia est propõ particularis. ¶ Pro solutione animaduerte ꝙ in mathematicis bifariã fieri potest: Aut tentatiue, qualis a ꝑceptore fit erga discipulũ. Et hæc semper est vlis, & vera: eo quia imperitus discipulus semper profert falsam & impossibilẽ propõnẽ. Aut litigiose, & hæc fit ab imperito atq; cõtrariæ affecto: vt de Brysone fertur. Et quãdo fit ex parte imperiti, põt esse impossibilis. Aristoteles loquitur de instantia tentatiua quæ fit a præceptore erga discipulũ. Et per hoc patet solutio ad duas primas disputationes. ¶ Ad tertiã dico ꝙ in his quæ sunt per se: idem est vniuersalis: & particularis secundum rem. Et ita in demonstratiuis instantia particularis secundum rem est vniuersalis: secus est in dialecticis.

N

Dubõ cõtra expositionem. Prima. Secunda. Tertia.

O

Solõnes ad primã: & scdam Instantiã mathematicis bifariam fieri potest.


Ad tertiã

¶ Fit autem ut quidam uitiose concludant, propterea quod eos medios sumunt, qui terminos utrosq; sequuntur. Quale quidem facit & Cœneus, ignem gigni multiplicata ratione concludens hoc pacto. Ignis (ut dicit) celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo cõstare ratiocinatio nequit. Sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, ut ex his quæ sumuntur ratiocinatio construatur, interdum uero fieri potest, sed non cernitur.

P

¶ Contingit autem quosdam non syllogistice dicere, propter id quod accipiunt ad utraque consequentia. Vt & Cæneus facit ꝙ ignis in multiplicata analogia fit. Etenim ignis cito generatur, sicut dicit. Et hæc est analogia. Sic autem non est syllogismus. Sed si uelocißimam analogia sequitur multiplicata. Et ignem uelocißima in mutatione analogia. Aliquando quidem enim non contingit syllogizare ex acceptis. Aliquãdo uero contingit, sed nõ uidet.

Q



¶ Cum dixisset ꝙ ob medium terminum æquiuocum est entem: sepenumero in disputationibus fiunt multi paralogismi: quod quidem in scientijs non accipit, nunc vult demonstrare (vt Philoponus inquit) Paralogismos, qui ob figuram fiunt in disputationibus: vt estendat: ꝙ scdm̃ hos differunt

C6. 129

A differũt scientiæ a disputationibus dialecticis: quatenus in dialecticis disputationibus paralogismi fiunt ob figurã, in scientijs autẽ non fiunt. Non fiunt autẽ in scientijs, qm̃ syllogismi scientiarũ sunt ex his, quæ per se: & conuertibilia sunt. At syllogismi in dialecticis non ex conuertibilibus sunt. Hic igitur vult: ꝙ in dialecticis ob figurã paralogismi fiant: Propterea ꝙ idẽ medium ad duo extrema sequatur: hoc est eo ꝙ capiant in secunda figura duas affirmatiuas. Putant.n. ꝙ si idẽ sequatur ad duo: & ea inter se sequantur: hoc autẽ non est: nisi illa conuertibilia fuerint. Nã & ad hominẽ: & ad lapidẽ sub̃a sequitur: non tamen alterũ ad alterũ sequitur: hoc est lapis ad hominẽ, aut hõ ad lapidẽ. Non.n. sunt conuertibilia. Sicut faciebat sophista Ceneus. Syllogizabat.n. ꝙ ignis in multiplicata analogia fit: hoc mõ. Ignis velocissime fit: quæ in multiplicata analogia fiunt: citissime fiunt. Ignis igitur in multiplicata analogia fit. Circa quæ Aristoteles inquit: Interdum in talibus sanã fieri rationẽ: hoc est syllogismũ. Vt puta: cũ ꝓpositiones cõuertuntur. ¶ Disputat hic Philop. cũ Alexã. de multiplicata analogia quid sit. ¶ Ad quod Alex. respõdet: ꝙ Aristo. per multiplicatã analogiã intelligit ꝓportionem qualis est duorũ ad tria: & ducentorũ ad trecẽta. ¶ Cõtra quẽ asserit: eũ non habere multã in mathematicis peritiam. Qm̃ ignorabat ꝓportionem duorũ ad tria, & ducentorũ ad tricenta esse multiplicẽ, cũ reuera sit super particularis. Non.n. tria adsunt duo multiplicia, nec trecẽta ad ducẽta. Non.n. maior numerus cõtinet minorẽ bis aut ter: aut sępius: sed semel cũ aliqua eius particula. Ergo eorũ proportio nõ est multiplex. Proportio.n. multiplicans siue multiplex est: quando in numeris maior bis: aut ter, aut sæpius præcise continet minorem: Vt puta, in duplis duo ad quatuor: & quatuor ad octo: aut in triplis. 3. ad. 9. & 9. ad. 27. & alijs eodẽ modo. Super particularis vero est quando maior numerus habet totũ minorem, & particulam aliquam eius ipsius: aut quartã: aut quintã, aut deincipitẽ. Vt puta: numeri ternarij ad binariũ super particularis est proportio. Habet.n. totũ ipsum, & dimidiũ: quocirca ꝓportio hæc Hæmiolia vocata est propter dimidiũ, latine a Boetio dicitur sexquialtera. Proportio vero quatuor ad. 3. Epitrita habet.n. totum & tertiã eius: Iõ Boetius eã vocat sexquitertiã: hoc est semel cõtinens: & tertiã. Numeri ergo ab Alexandro assumpti ad demõstrationẽ: Vt puta, duo & tria & ducẽta & trecenta non sunt in rõne multiplicata: sed insuper particulari, hoc est in Pemiolio. In qbus auctio non fit sicut in multiplicatis vel multiplicibus. ¶ Propter hec Philoponus cũ Proculo exponit per multiplicatos numeros eorũ: quorũ adinuicẽ est proportio multiplex: vt. 1. 2. 4. & 8. 16. 32. 64. 128 256. & ordine deinceps. Possibile.n. est in infinitũ progredi, nec solũ in duplis hoc accidit: sed in triplis, & quadruplis & reliquis omnibus. In super particularis vero, quos Alex. supposuit: nullo modo sic velociter proportionẽ est inuenire. Non.n. vt ad. 2. ad. 3. Ita deinceps: & 3. est inuenire ad aliquem alium eorum: qui post ipsum eandem rationem habere: quo vero modo sit inuenire plures super particulares proportiones deinceps. Methodo opus est arithmetica: quam Nicomachus in introductione assignauerat. Sic igitur Aristo. per generari in multiplicata analogia: intelligit generari in proportionẽ multiplici: vt quãdo genitum est multiplex ad id, ex quo generatur. Qm̃ velociter est inuenire hanc ꝓportionẽ. Proportionẽ vero super particularẽ: non sic facile est inuenire. Vnde dicit. ¶ Contingit autẽ quosdã non syllogistice dicere. Subaudi in dialecticis, ꝓpter id quod accipiũt ad vtraq; cõsequentia. vt in secũda figura ex duabus affirmatiuis. In dialecticis enim (ꝓpterea ꝙ ꝓpositiones non conuertantur) cõtingit syllogizari ex duabus affirmatiuis. Et ponit exẽplũ, & inquit. Vt Ceneus sophista facit: Syllogizãs ꝙ in multiplicata analogia fit, hoc pacto. Ignis cito generatur, hæc est minor. Hæc est subaudi multiplicata analogia: hæc est maior, vt sit syll'us hoc pacto. Quod in multiplicata proportione generatur: celeriter fit: Ignis celeriter fit. Ergo ignis in multiplicata proportione generatur. Tunc exponit qualis hic syll's sit: & dicit. Sic autẽ non est syllogismus qm̃ est in secũda figura ex duabus affirmatiuis. Sed subaudi erit syll's: si velocissimã. s. generationẽ. Sequitur multiplicata analogia. Hoc est: si maior conuertatur hęc pacto: quod celeriter fit in multiplicata proportione generat̃. Et ignẽ subaudi sequatur analogia in velocissima mutatione: ita vt minor sit, & ignis velociter fit. Nã tũc sequitur ꝙ ignis in multiplicata analogia generetur. ¶ Quo vero ad verba attinet, Per ignẽ esse in velocissima mutatione, intelligitur ignẽ esse in velocissima generatione. Addit aũt Aris. cãm differentiæ, & inquit. Aliquãdo quidẽ.n. non contingit syllogizare ex acceptis. Aliquãdo autẽ contingit: sed non videtur. Diximus ꝙ duas affirmatiuas in secunda figura possibile est introducere ad syllogisticã figurã: quando termini sunt cõuertibiles, vt possit conuerti maior, vt reducamus ipsam ad primam figurãt, quando vero non conuertuntur, non reducitur. Et addit: sed nõ videtur. quia licet sit in quibusdam talibus concludere cõclusionem propter propositiones: sicut diximus: in conuertibilibus vtẽtes cõuersione maioris, nõ tamẽ videtur necessarium: propter insyllogizabilitatẽ complicationis propositionũ. Non.n. complicatio causa est: sed eo ꝙ termini conuertuntur vt possit & recte complicari. Ergo addit: sed non videtur: quia licet contingat syllogizari: nõ tamen videtur, quia nõ apparet necessariũ, nisi facta conuersione. ¶ Sed dices: tũc omnis syllogismus in secũda, & tertia figura erit paralogismus, qm̃ nullus apparet necessarius: nisi facta conuersione. ¶ Dicendum ꝙ in alijs figuris seruatis qualitate & quantitate syllogismi nõ sunt paralogismi: qm̃ semper possunt reduci in primã figurã. At syll's ex duabus affirmatiuis in secunda figura: est paralogismus: qm̃ non semper potest reduci: sed solum: cum termini conuertuntur. Propterea addit, Aliquando enim non contingit syllogizari ex acceptis: Aliquando vero contingit: sed non videtur. At syllogismi secundæ, & tertiæ seruatis qualitate, & quantitate semper possunt reduci: & hac ratione non sunt paralogismi. Patet ergo ꝙ in dialecticis paralogismi contingunt propter figurã: quoniam non fiunt syllogismi ex conuertibilibus. In doctrinis autem tales syllogismi non accidunt, quoniam propositiones sunt semper per se, & conuertibiles, & ita semper maior conuerti potest.

¶ Quia si fieri non posset, ut uerum ostendatur ex falsis, facile esset resoluere. Conuersio nãq; necessario fieret. Si enim a. uerũ, quod cum sit, hæc sunt quæ quidem esse scio, ueluti b. Ex his igitur illud esse ostendam: Conuertuntur autem ea magis quæ in mathematicis sunt, quia nullum accidens: sed definitiones accipiunt, atque hoc etiam ipso a differendi differunt facultate.

Margin notes: Disputatio Philop. cũ Alexã. de multiplicata analo. contra Alex. Phi. cõtra Alex. Alex. obiicit peritiam in mathematicis — Sua põ. — Syll's Cenei. — Verborũ expositio. — Obiectio. — Solutio.

I ¶ *Si autem esset impoßibile, ex falsis uerum demonstrare, facile utiq; esset resoluere. Conuertuntur enim ex neceßitate. Si enim A, ens, hoc autem cum sit. ea utiq; sunt, quæ noui, quoniam sunt, ut, B, Ex his igitur demonstrabo, quoniam illud est, Conuertuntur autem magis, quæ sunt in mathematicis, quoniam nullum respiciunt accidens. (Et in his differunt ab his, quæ sunt in dialogis) sed definitiones.*


So. 130. ¶ Hic (vt Philoponus autumat) iterum Aristote. assignat aliam differentiam inter demonstratiuos syllogismos & dialecticos: & ait: q̃ facilior sit resolutio in demonstrationibus q̃ in dialecticis. Vocant autē geometræ resolutionē: inuentionē propositionum: per quas conclusa sit vera conclusio. Vtputa: si proponatur nobis aliqua conclusio vera, q̃ hic triangulus sit æquilaterus, per propositiones inuenimus conclusionem: a quibusdam confessis: sumentes initium: & desinentes in id quod quæritur: & hoc
K tale vocatur compositio. Resolutio autem: viceuersa se habet cum compositione. Capientes enim prius id: quod quæritur vt confessum. Vtputa q̃ hic triangulus est ęquilaterus, quærimus quænam fuerunt propositiones, per quas id probatum fuit, vt resoluentes inueniamus ipsas quosq; veniamus ad aliqua confessa, & principia geometriæ.
Cap. 26. ¶ Vnde Themistius hic dicit, q̃ resolutio sit retrocessus a conclusione vera ad principia ex quibus deducta est. Vult igitur q̃ si ex veris solis propositionibus veræ conclusiones concluderentur, facilis vtiq; esset resolutio: & huius causa est, quoniā propositiones conclusionis cōclusiuæ essent determinatæ. Quia vero ex falsis concluditur conclusio vera: & hæ sunt quodā modo indeterminatæ, difficilior ipsarum resolutio est.
L Dña syllõ ru demrã tiuorum a dialecticis ¶ Quare hac ratione differunt demonstratiui syllogismi a dialecticis. Concluditur. n. syllogismo dialectico q̃ homo sit animal: & ex eo q̃ moueatur, & ex eo q̃ ambulet: & ex eo q̃ disputet: & ex alijs infinitis. Amplius: syllogismo dialectico ex falsis concluditur vera conclusio, modo falsa illa concedantur. Quare in dialecticis siquis voluerit omnes propositiones conclusionis conclusiuas inuenire: non facile nāciscetur: propter ipsarum indefinitatem. At in scientijs non hoc modo, nec. n. ex falsis propositionibus, neq; ex his, quæ per accñs rebus insunt. sed ex his: quæ primo & per se concludunt scientiales conclusiones. Hæc autem determinata sunt. Facilior autem est resolutio ad determinata q̃ ad indeterminata. Et ideo facilior in scientijs resolutio est: q̃ in dialecticis.
Verborũ expositio. ¶ Quo vero ad verba attinet: Aristo. vult hunc syllogismum: Quibus conuersio facilior, is &
M resolutio facilior est. In mathematicis couersio facilior est. Ergo & resolutio facilior, De ratione ergo primo affert maiorem cū eius probatione, & inquit. ¶ Si autem est impossibile ex falsis verum demonstrare, ita vt ex solis veris demonstrationes fiāt: Facile vtiq; esset resoluere conclusionem ad propositiones. Affert causam, & dicit. Cōuertuntur. n. ex necessitate a propositionibus ad conclusionē: & viceuersa a conclusione ad propositiones. Cuius rationem assignauimus ex his: quæ Philoponus inquit. Quoniā propositiones tales sunt determinatæ. Hæc exponit per exemplum: & inquit. Sit. n. a. ens hoc est conclusio existens vera: hoc autem. s. a. cū sit, ea vtiq; sunt, quæ noui: quoniam sunt, vt. b. hoc est propositiones, assumit. n. b. ꝓ duabus propositionibus. Ex is igitur demonstrabo, scilicet propositionibus: quæ sunt. b. demonstrabo, quoniam illud. s. a. est: & sic ex. a. conclusio est, b. & ex. b. a. sequitur.

N Quia igitur. b. existente: ex necessitate est. a. & . a. existēte: rursus ex necessitate est. b. Ideo facilis est propositionum inuentio. Secus in dialecticis: quoniam in illis. b. existente sequitur. a. non tamen contra: quoniā. a potest sequi ex infinitis. Et per hæc patet maior & eius probatio. Tunc assignat quasi minorem syllogismi quem in textu intelligit: & inquit. Conuertuntur autem magis: quæ sunt in mathematicis: quoniam syllogismi nullum recipiunt accidens, neq; falsum: sed definitiones recipiunt, tunc quasi conclusionem interponit: & inquit. Et mathematicis syllogismi in his differunt ab his, quæ sunt in dialogis. Quia igitur in mathematicis syllogismis conuertuntur magis, & conclusiones ad propositiones, & propositiones ad conclusiones: ideo in illis facilis est resolutio. Quia vero in dialecticis non conuertuntur: ideo in eis difficilis resolutio est. Est
O Syll's tex. igitur syllogismus textus hic: quibus conuersio facilior in his resolutio est leuior. In mathematicis conuersio est facilior. ergo & resolutio. De hoc syllogismo: vt dixi. Primo vult habere maiorem cum eius probatione secunda ibi: Cōuertuntur autem magis: Vult habere minorem etiam cum sua probatione. Et interponit differentiam syllogismorum dialecticorum a demonstratiuis: vt syllogismi conclusionem: hæc de textu. ¶ Quo autem ad differentiam attinet: Animaduerte q̃ propter tria resolutio in mathematicis facilis est. primo, quia semper vera conclusio ex veris syllogizatur. secundo, quoniam ex per se: & secundum q̃ ipsum: hoc est conuertibilibus. Tertiam causam assignat Auer. quoniam conclusiones mathematicæ non syllogizantur nisi ex proportionatis conclusioni. At dialecticæ conclusiones syllogizantur: ex falsis, & ex ꝓbabilibus, quæ possunt esse infinita, & conclusioni improportionata. Quare ad hæc difficilis est resolutio: ad illa autem: facilis. Resolō in math. ma: cis ē facilis ꝓpter tria In hui' paraphra. cō, 29.
P


¶ *Accrescit etiam ratiocinatio non per media sed assumendo, nā a. de. b. sumitur, & hoc de. c. & hoc rursus de. d. Atq; hoc in infinito procedit, uersus quoq; latus eius fit incrementum. a. nāq; de c. atq; de. e. concluditur. Sit enim. a. quidem numerus absolute. b. uero simpliciter numerus impar. Et. c. definitus numerus impar. a. igitur de. c. concludetur. Altera rursus in parte. d. quidem sit impar numerus simpliciter sumptus. e. uero definitus numerus par a. igitur de. e. concludetur.*

¶ *Augentur autem, non per media, sed in assumendo, ut. a. de. b. hoc autem de. c. Rursus hoc de. d. & hoc in infinitum. Et in latus, ut. a. & de. c. & de. e. Vt est numerus quantus uel infinitus, hoc autem sit, in quo est. a. Numerus impar quantus, in quo. b. Numerus impar in quo. c. Et ergo. a. de. c. & sit par quantus numerus in quo. d. par numerus in quo. e. Ergo. a. de. e.* Q

Exemplum in assumendo.



A Exemplum in latus.



Cõ.131. ¶ Hic iterũ inter demonstratiuos syllos,& dialecticos(vt Philop.inquit) Aliã affert differentiã: q dialectici sylli augentur per media. Mathematici ac demonstratiui in assumẽdo:& in latus. ¶ Vbi animaduersione dignũ. Auctionem syllogisticã bifariã est. alteram quidẽ per media. Alterã vero in assumendo. ¶ Et per media: bifariã aut per interpositionẽ termini aut per extrinsecus acceptionẽ: per interpositionẽ termini: vt si cõclusio sit q homo sit animal, nam hæc syllogizetur p hoc q homo loquaт: qm̃ quod loquitur, est animal: homo loquitur. Igitur homo est animal:& p hoc q homo mouetur a se, quod.n. mouetur a se: est animal: hõ mouetur a se: homo igitur animal. Hæc ergo auctio est per termini interpositionẽ. Per extrinsecus vero acceptionẽ: quando syllogizamus eandẽ cõclusionẽ per diuersa extranea media, vt hanc: homo est animal: p media extranea: vt qm̃ hõ est lapis, & lapis est animal, ergo hõ ẽ animal,& qm̃ hõ est lignũ,& lignũ est animal: ergo hõ est animal. Et sic eodẽ modo p alia multa: media extranea, immo q̃si p infinita eadẽ conclusio syllogizari põt. Hæc de syllogistica auctione p media. ¶ In assumẽdo vero bifariã, aut in post assumendo, aut in latus. In post assumẽdo quidẽ: qñ subiectũ conclusionis primi sylli: fit mediũ ad syllogizãdũ secundã conclusionẽ:& subiectũ secũdę fit mediũ at syllogizandũ tertiã:& sic deinceps. Et hoc mõ fit in geometra: qm̃ primũ Theorema demonstraт p axiomata. Secundũ vero: per primũ,& tertiũ per secundũ,& sic ordine deinceps augumẽtatio fit: nũq̃ medio termino supposito. Sed semp ad primos coordinato. Huius rei cãm affert Philop. qm̃ ex his: quæ p se & primo insunt: demr̃ones sunt:& nõ cõtingit p mediatã ppõnẽ demõstrare aliqd. Aut.n. ex axiomatibus demõstranт theoremata in sciẽtijs aut ex his q̃ demõstrata sunt ex axiomatibus. In latus aũt auctio fit: quoties idẽ p̃dicatũ de pluribus lateralibus subiectis p media lateraliter interposita syllogizaт, vt si sit prædicatũ numerus. Nã numerus põt demõstrari de, c, trinario p, b, impar:& de, e, quaternario per, d, par. His ergo modis mathematicæ demr̃ones augenт. ¶ Per q̃ patet: q si libri geometriæ essent sic ordinati. vt demr̃ones crescere solẽt: faciles essent cognitu,& q libri Eualidis nõ hoc pacto fuerũt ordinati: ideo nõ fuerũt faciles. Vnde si eũ Arist. librũ haberemus: quẽ in mathematica scripsit oẽs facile esse possent summi mathematici. Ibi.n. demr̃ones ordinauit aut in post assumendo: aut in latus inqt ergo. ¶ Augenт aũt.s. demr̃ones nõ per media. vt dialectici sylli, qui augẽtur p media: aut interpõne termini. Aut extrinsecus acceptione. Sed augentur in assumendo:& hæc duplr: aut in post assumẽdo: vt.a.de.b. hęc aũt.s.b.de.c. Rursus hoc.s.c.de.d. Et hoc in infinitũ.s. quo ad nos(vt Philop. exponit). Qm̃ nõ ita comprẽhẽdimus sciẽtias: vt nõ possit alterũ quoddã inueniri theorema: sed semp posse est per p̃demõstrata: altera inuenire. Hæc de auctione in post assumẽdo. Deinde de auctione ad latus:& inqt. Et in latus: vt.a.s. numerus p̃dicatus,& de.c. subiecto:& de.e. subiecto, vt est numerus quãtus: vel infinitus hoc est p indifferentiã indeterminatus. Hoc aũt fit: in quo est.a. Vtputa numerus cõis, cõiter p̃dicatus de.e.& de.c. At numerus impar quãtus.s. cõis omnibus imparibus fit: in quo est b. numerus impar.s. nomine determinatus: fit in quo ẽ c. Vtputa tria, vel quinq̃, vel. -. aut id genus. Est ergo, a, numerus cõis de c, subiecto numero trinario: vtputa p mediũ, b, qm̃ tria sunt impar. oẽ impar numerus: tria igitur numerus. Et iterũ sit par quãtus numerus.s. cõis omnibus paribus: in quo, d, Par numerus.s. nomine determinatus: sit in quo est, e, Est ergo, a, numerus de, e.s. demr̃atus: vt de q̃tuor: vel sex: vel de aliquo id genus:& p mediũ, d, Hoc mõ: oẽ.d.a. oẽ.e.d. Igiт.e. est.a. Hęc de auctiõe ĩ latus.

Marginalia (left): B — Augumẽtatio syllogistica duplex est. Auctio per media itẽ tũ duplex. — C — Arctio in assumẽdo duplex aut in postassumẽdo aut ĩ latus. — D — Cã difficultatis i mathematicis.

E

F ¶ *Differt autem scire esse & propter quid est, primo quidem in eadem scientia, atq; in hac dupliciter, uno quidem modo, si ratiocinatio non per ea quæ uacant medio fiat non enim prima sumitur causa, scientia autem eius propter quid est per primam fit causam. Alio uero modo, si per ea quidem quæ uacant medio, non tamẽ per cãm, sed per notius eorum quæ conuertuntur efficitur.*

Tex.30. ¶ *Differt autem quia, & propter quid scire. Primo quidem in eadem scientia. Et in hac dupliciter. Vno quidem modo, si non per immediata fiat syllogismus. Non enim accipitur prima causa. Quæ uero est scientia propter quid, per primam causam est. Alio autem, per immediata quidem, non autem per causam, se per notius eorum, quæ conuertuntur.*

Cõ.132. Philopo. expositio. ¶ Propositũ Arist. (vt Philop. inqt) est ostendere, in quo differãt sylli: qui probãt ipsum qa: ab his: qui pbant ipm ppter quid. Et dicit primo q vno mõ differant: q sylls probans ipsum quia: alterius sit sciẽtiæ. Qui vero probat ipsum ppter quid: alterius: hæc autẽ q̃no se habeant. Postea dicemus. Alio vero mõ: in eadẽ scientia differũt: dico in eadẽ scientia: qm̃ in eadẽ sciẽtia est inuenire & syllm: q pbat ipsum qa & syllm: qui probat ipsum ppter quid. G Verũ differunt hi: qui in eadẽ scientia sunt: secundũ duos modos. Secundũ vnum quidẽ: qm̃ qui pbat ipsum ppter quid: p propositiones immediatas concluditur. Causa.n. debet per se inesse:& pxime. Qui vero pbat ipsum qa: per ppositiones mediatas syllogizat. Ille: diciт sylls probãs ipsum ppter quid: qm̃ non tantũ dicit esse: sed ppter quid res est. Alius aũt dicitur ipsum quia pbans: qm̃ nõ cur est: dicit. Sed simpliciter esse. Probat.n. solũ q his existentibus: illud est: nõ tamen q hoc sit huius causa. Secundum alterũ vero. qm̃ qui probat ipsum quia, ex causato ad cãm procedit. Qui vero ipsum: propter quid: ex causa ad cãtũ, Vñ inqt. ¶ Differt autẽ: qa & ppter qd scire, hoc est sylli: q pbãt ipm qa & sylli, q probãt ipm pp quid, differũt. Primo quidẽ in eadem scientia:& cũ dixit. Primo in eadẽ scientia Innuit etiã q differant in alia atq̃ alia. Et ppterea cũ dixerit quo pacto differãt in eadẽ sciẽtia: dicet post multa: quo pacto differãt secundũ aliã, atq̃ aliã. De primo inquit. Et in hac differũt dupliciter. Vno quidẽ modo: si nõ per immediata fiat sylls. Hoc est: si nõ immediate sint ppositiones. Ipsius.n. quia tunc erit sylls. Non.n. accipitur prima causa, quæ vero est scientia propter quid: per primã causam est. Sylls.n. qui probat propter quid: causam primã vult habere in medio termino. Hic est primus modus deinde assignat secundũ modũ:& inquit. Alio aũt.s. modo: syllogizat ipsum quia p immediata quidẽ, nõ aũt per cãm. Sed per notius eorũ quæ cõ-

H

I uertuntur cũ cauſa. Eſt.n. hic modus ꝓpoſitionibus immediatis exiſtentibus, cõuertẽtibus aũt cauſa, & cauſato: qñ notius ſit cauſatum ꝙ cauſa. Propterea addit, ſed per notius eorũ: quæ conuertuntur: hoc eſt ſed per notiorem eorum effectuũ: qui cũ cã conuertuntur, vt ſi Cinis eſt ignis eſt: Hoc.n. immediatã eſt: qm̃ nullo alio medio termino indigemus ad finẽ. Sic igitur ſylli: probãtes quia eſt: & ſyllogiſmi probantes ꝓpter quid eſt: differunt in diuerſis, & in eadẽ ſcientia. In diuerſis quidẽ: qm̃ ſyllogiſmi ꝓpter quid eſt probantes in ſubalternãte, & ſylli quia eſt ſyllogizantes in ſubalternata habentur. In eadẽ vero dupl͛r, autẽ qm̃ ꝓbãtes quia eſt: procedũt per propõnes mediatas. Vtputa per cãm remotã: aut per propõnes immediatas, hoc eſt per effectũ eorũ: quæ cũ cã conuertuntur, notiorẽ: & immediatũ. Et hæc eſt expõ Philop.

K Expoſitio aliorum. ¶ Alij vero volũt, Ariſt. hic afferre differentiã inter ſcientias. Vtputa inter ſcire qa: & ſcire propter quid: verũ qm̃ nõ ſcimus niſi per ſyllos. ideo nõ poſſumus hr̃e differentiã inter ſciẽtias, quin habeamus differentiã inter ſyllos ſcientiã generãtes. Nec poſſumus habere differentiã inter ſyllogiſmos: qn habeamus differentiã inter ſcientias. Quare expoſitiones hæ parũ differunt.

Cõ. 21. & 34. Vtrũ aũt ſylli facientes ſcire quia ſint demonſtrationes: an ſyllogiſmi demonſtratiui, vel dialectici: ſuperius eſt diſputatum, & Philoponus hic eos vult eſſe coniecturas, verũ de his ſuperius.

¶ Atq; nihil prohibet ut eorum quæ de ſeſe mutuo prædicantur, notius interdum ſit id quod non eſt cauſa.


¶ Prohibet enim nihil æque prædicantium notius aliquando eſſe non cauſam. Quare per hanc erit demonſtratio.

L Cõ. 133. ¶ Sed contra prædicta bifariã obijci põt. Primo, qm̃ conuertibiliũ non vr̃ altero alterũ notius eſſe poſſe ꝓpter cõuertibilitatẽ atq; æqualitatẽ. Secũdo quia nõ videt͛: ꝙ effectus: atq; non cã eſſe poſſit notior cã. Ad hæc ergo reſpõdet, & inquit. ¶ Prohibet.n. nihil æque prædicantiũ atque conuertibiliũ notius aliqñ eſſe non cãm ipſa eã. Et ſic nõ eſt abſurdũ alterũ conuertibiliũ altero eſſe notius: & ſic ſoluit͛ prima obiectio. Amplius nihil ꝓhibet nõ cãm, hoc eſt effectũ eſſe notiorẽ cauſa: & ſic deletur ſecũda obiectio. Et ideo concludit. Quare per hãc. ſ. nõ cauſam: quæ eſt conuertibilis, & notior ipſa cauſa: erit demonſtratio.

¶ Quare demonſtratio per idipſum efficietur ueluti uagas ſtellas eſſe prope, quia non micant. Vagæ ſtellæ ſunt, c, nõ micare, b, prope eſſe collocetur in, a, Vere igitur, b, dicetur de, c, uagæ nãq; ſtellæ non micant. At uere etiam, a, de ipſo dicetur, b, quod enim nõ

M *micat, id eſt propinquum. Hoc autem per inductionem uel ſenſum ſumatur, a, igitur neceſſe eſt ipſi competere, c, Quare demonſtratum eſt uagas eſſe propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non eſt ipſius propter quid eſt. Non enim quia non micant, uagantes ſtellæ ideo ſunt prope, ſed quia ſunt prope. ideo non micant.*

¶ Vt quod prope ſint planetæ, per illud, ꝙ non ſcintillent. Sit in quo, c, planetæ, In quo, b, non ſcintillare. In quo, a, prope eſſe. Verum igitur eſt, b, de, c, dicere. Planetæ enim non ſcintillant. Sed & a, de, b, Non ſcintillans enim prope eſt. Hoc autem accipitur per inductionem, aut per ſenſum. Neceſſe igitur eſt, a, ipſi, c, ineſſe. Quare demonſtratum eſt, ꝙ planetæ prope ſint. Hic igitur ſyllogiſmus non eſt eius, quod eſt propter quid. Sed ipſius quia eſt. Non enim ex eo ꝙ prope ſunt. Sed propter illud ꝙ prope ſunt, non ſcintillant.



¶ Cũ dixiſſet differentias ſyllogiſmorum: hic eorũ quæ dixit, exẽpla affert: & prius ſecundi modi eorũ: qui in eadem ſcientia, ipſius quia: & ipſius propter quid ſyllogiſmorũ exemplo facit: & inquit. ¶ Vt ꝙ prope ſint planetæ: propter illud ꝙ non ſcintillant. In quibus tetigit conclusionem, videlicet planetæ prope ſunt. Et mediũ atq; ꝓpoſitiones: videlicet planetæ non ſcintillant. Deinde diſponit ſyllogiſmũ in propoſitionibus & terminis ex duabus affirmatiuis in prima figura hoc modo: planetæ nõ ſcintillant. Quæcunq; non ſcintillãt: prope ſunt: planetæ igit͛ ꝓpe ſunt. Vnde inqt. Sit in quo, c, planetę: ita vt minor ꝓpoſitio ſit, b, c, hoc eſt planetæ non ſcintillant. in quo, b, ſit non ſcintillare: hoc eſt non micare, vel non vibrare: & hoc: vt medius terminus: & effectus eius: quod eſt ꝓpe eſſe. In quo, a, ſit prope eſſe. Vtputa cauſa: & maior extremitas, ita vt maior ꝓpoſitio ſit, a, b, hoc eſt: quæcũq; nõ ſcintillãt: prope ſunt. Tunc colligit ſyllogiſmũ. & inquit. Verũ igitur eſt, b, de, c, dicere: planetæ.n. non ſcintillant: hæc fuit minor. Sed &, a, de, b, etiã verũ eſt: non ſcintillãs.n. ꝓpe eſt. Et ſic habetur maior. Et quia hæc maior eſſet forte dubia: quaſi affert ꝓbationẽ, & inquit. Hoc aũt. ſ. ꝙ nõ ſcintillans ſit prope: accipit͛ per inductionẽ: aut per ſenſum: verbũ illud aut nõ diſiũctiue: ſed copulatiue (vt Philoponus inquit). Accipit pro & nã argentũ prope poſitũ non ſcintillat, ꝓcul vero: ſcintillat: ſimili mõ lucernariũ lumen: procul ſcintillat: ꝓpe vero exiſtens: non ſcintillat: & ſic de ſingulis: ergo nõ ſcintillãs prope eſt, & ſic maior perſpicua eſt: & ex ſenſibus manifeſta. ¶ Huius cãm aſſignat Philop. qm̃ in longũ tracti intuitus: debiliores efficiũtur. Et iccirco magis patiẽtes a lumine habẽt ſcintillatiõis phantaſiã. Propinquioribus vero exiſtentibus lucidis corporibus validiores ſeſe illis adijciẽtes aſpectus. Minus ab ipſis patiuntur. Et hanc ob cãm: qui debiliores intuitus habent: etiã propinquo lucida corpora ſcintillare putant: lucernariũ lumen: aut aliquid tale. Si vero ꝙ plurimũ debiles ſint intuitus: neq; reſpicere lucernariũ lumen poſſunt: multa interueniente ſcintillatione: quare quæ prope ſunt: non ſcintillant. Excipiunt autẽ ab his ſolẽ & mercurium. Nam: vt in ſecũdo lib. de cœlo dicit͛. Sol & Mercurius vibrant: & hanc ob cãm Mercurius a veteribus: vt Simplicius dixit. 2. de cœlo. Stilbon dictus eſt: hoc eſt ſcintillans. Sed quæ ſtellæ vibrẽt quæ aũt nõ: & cur in. 2. lib. de cœlo perquirendũ eſt. His ſic diſpoſitis, & in figura ordinatis, colligit: qualis nã ſyllogiſmus ſit: & inquit. Hic igitur ſyllogiſmus non eſt eius: quod eſt propter quid: hoc eſt demonſtratio cuius mediũ ſit cauſa: propter quam cõcluſio eſt. Sed eſt ſyllogiſmus ipſius quia eſt: hoc eſt cuius medium eſt effectum, per quem cauſam eſſe abſolute ſyllogizatur. Et affert cauſam, & inquit. Non.n. ex eo ꝙ non ſcintillant ſtellæ, prope ſunt. Sed propter illud ꝙ prope ſunt: non ſcintillant: vt declaratum eſt: per inductionẽ ex ſenſibus deductam: hæc de exemplo.

Margin notes (right): Cõ. 134. — O — P — Cã cur aliqui a lõge videmus ſcintillare: ꝓpe aũt non. — Q — Te. cõ. 4.

¶ Fieri

A ¶ *Fieri etiam potest, ut per alterum, alterum ostendatur, atq; tunc erit ipsius propter quid est ratiocinatio. Nam stellæ uagantes quidem sint, c, Prope autem esse in, b, & non micare collocetur in, a, Et, b, igitur competit ipsi, c, nam uagantes stellæ sunt prope. Et, a, constat ipsi competere, b, Ea namq; non micant, quæ prope sunt, Quibus fit ut, a, quoq; competat ipsi, C; Atq; hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est. Nam sumpta est ipsa causa prima.*

¶ *Potest autem & per alterum, alterum demonstrari, & erit ipsis propter quid demonstratio. Vt sit, c, planetæ. In quo, b, prope esse, a, non scintillare, Est igitur & ; b, in, c, & , a, in, b, quod est nō scintillare. Quare & , a, in, c, Et erit ipsius propter quid syllogismus. Sumitur enim prima causa.*


B



Cō.135. C ¶ Cum demonstrasset Stellas prope esse: medio termino existente non scintillare. Maiore autem: prope esse. Nunc ponit exemplum demonstrationis propter quid: & conuertit ordinem terminorum, qui fuerunt in priore demōstratione, & ponit maiorem terminum .s. prope esse, terminum medium vero scilicet non scintillare. Maiorem: & sic syllogismus erit propter quid. Nam causa in medio collocatur, hoc pacto, planetæ prope sunt, quod prope est, non scintillat. Planetæ igitur non scintillant. Hic igitur est syllogismus propter quid: ex causa enim causarū demōstratur: quoniam ex eo ꝙ prope sint, demonstratur planetas non scintillare. Vnde inquit. ¶ Potest autem, & per alterum: alterum demonstrare hoc est viceuersa maiore in terminis conuersa: quæ licet sit vniuersalis affirmatiua, potest tamen conuerti in terminis: quoniam est de omni: per D se, & secundum quod ipsum. & sic conuersa maiore. Erit ipsius propter quid demonstratio. Deinde disponit terminos, vt intelligatur maiorem in terminis esse conuertendam: & inquit. Vt sic, c, planetæ. In quo, b, prope esse, a, sit non scintillare. Tunc ex his eligit syllogismum: & inquit. Est igitur &, b, in, c, ita: vt minor sit, b, c, hoc est planetæ prope sunt. Et, a, in, b, ita vt maior sit .a.b. hoc est: quod prope est: non scintillat. Quare & .a. in. c. id est quare ex his sequitur ꝙ. c. fit. a. hoc est ꝙ planetæ non scintillant. Et hoc pacto terminis dispositis. Erit ipsius propter quid syllogismus. Sumitur. n. in medio illius prima causa. Ergo syllogismus talis erit propter quid.

¶ *Rursus fit ut luna per accretiones demonstretur esse rotunda, quemadmodum quidam demonstrant, nam si rotundum est id omne quod sic accrescit. Luna autem sic accrescit, perspicuum est lunam esse rotundam. Atq; hoc quidem modo ea facta est ratiocinatio, qua ipsum esse ostenditur. At si medium contra ponatur, extruetur ipsius propter quid est ratiocinatio, non enim ob excretiones tales. rotunda est luna, Sed quia est figuræ rotundæ: ideo talia suscipit incrementa, atq; sit in, c, luna rotundum in, b, sit, accrescere ponatur in, a.* E

¶ *Iterum sic lunam demonstrant, quoniam rotunda est, per accrementa. Si enim quod sic augetur, rotundum sit. Augetur autem sic luna. Manifestum, quoniam rotunda est. Sic quidem igitur ipsius quia syllogismus factus est. Contra autem posito medio, ipsius propter quid syllogismus fit. Non enim propter accrementa ipsius rotunda est. sed quia rotunda est, accipit accrementa huiusmodi. Luna sit in quo, c, rotundum in quo, b, Augumentum in quo, a.*



F

¶ Hic ponit secundum exemplum & demonstrationis: q̄a & demonstrationis propter quid. Quoniam primo syllogizat causam per effectum. Secundo causam per effectum: conuertendo maiorem in terminis: & sic vtriusq; syllogismi exempla simul assignat: & inquit. ¶ Iterum sic Lunam demonstrare: quoniam rotunda est: per accremēta qui sunt per corniculationem: & cæteras figuras, quæ in augumento lunæ obseruantur. Tunc ponit syllogismum: & inquit. Si enim quod sic augetur scilicet per corniculationem: & cæteras lunæ variationes: quæ in accremento fiunt. Rotundum fit: augetur autem sic Luna. s. corniculatione & alijs variationibus: Manifestum: quoniam rotunda est. Tunc recolligit vim exempli: & docet facere exemplum demonstrationis propter quid: & inquit. Sic quidem igitur ipsius quia syllogismus factus est: contra autem posito medio: ipsius propter quid syllogismus fit. Et assignat causam: & inquit. Non enim propter accrementa ipsius: Luna rotunda est. Sed quia rotunda ēst, accipit accrementa huiusmodi. s. per corniculationem: & huiusmodi cæteras variationes. Tunc disponit terminos in figura syllogismi propter quid: & inquit. Luna sic fit in quo. c. Rotundum in quo, b, Augumentum in quo. a. Et sic syllogismus erit: luna est rotunda: Rotundum sic augetur, Luna igitur sic augetur. Cō.136. G H

¶ *In quibus autem ipsa media non conuertuntur, & est id notius quod non est causa, ostenditur quidem esse. Ipsum autem propter quid est non demonstratur.*

¶ *In quibus autem media non conuertuntur, & est notius, quod non est causa, ipsum quidem quia demonstratur, non autem ipsum propter quid.*

¶ Hic textus non est clarus: propterea ab expositoribus non vno modo exponitur: nec nos eum vna ratione intelleximus. ¶ Prima ergo ratione exponitur ꝙ medium non conuertibile, trifariam fit: vel quia est maiore minus: & minore maius, vt in hoc exemplo. Progrediens habet animam sensitiuam. Equus progreditur. Equus igitur habet animam sensitiuam. vbi patet terminum progrediēs esse minus: q̄ maior, videlicet q̄ sit habens animam sensitiuam. Et maius q̄ minor, videlicet q̄ equus. Aut est cū Cō.137.

1. expō. Mediū nō cōuertibile in triplici est differentia.

I maiore conuertibile, & maius minore: vt in hoc syllogismo. Non scintillans prope est. Venus non scintillat. Ve-

Hñs animã sẽsitiuã ꝑgrediẽs equus

A B C



K

Prope ꝑgrediẽs equus

A B C



L nus igitur prope est. Vbi patet medium esse cum maiore conuertibile, & in plus ꝙ̃ minor. Aut medium est minore minus: & sic, non est demonstratio, quoniam non potest esse conclusio vniuersalis. Vt in hoc syllogismo: non scintillans prope est. Stella non scintillat. Stella igitur prope est. Vbi patet medium esse in minus ꝙ̃ minor. Aristo. ergo inquit. ¶ In quibus autem media non conuertuntur cum minore termino. Vtputa, quia est in plus, non autem in minus. Et est notius: quod non est causa: hoc est, & est effectus notior causa. Ipsum quidem quia demonstratur: non autem potest conuerti ita. Vt ipsum propter quid demonstretur. Ergo vult dicere, ꝙ quando effectus non est cum minore conuertibilis, & notior sua causa: per ipsum demonstratione quia demonstratur causa contra vero: non potest. Hæc expositio an vera sit postea dicemus. ¶ Aliter etiam consueuimus exponere, & quidem de Alexandri intentione. ꝙ cum Aristo. ostendisset quomodo per effectum conuertibilem fiat syllogismus, & declarasset illum fieri in prima figura: hic declarat quomodo per effectum non conuertibilem fiat syllogismus, & declarat primo hic fieri tales syllogismos in tertia figura: & non posse conuerti ad demonstrationem propter quid: & dicit. ¶ In quibus autem media non conuertuntur: & effectus: qui non est causa est notior ipsa ipsum quidem quia demonstratur, scilicet in tertia figura, non autem ipsum propter quid: quoniam non potest conuerti. (Expositio Alex.) (M)

¶ Philoponus autem exponit, ꝙ cum Aristo. dixisset de causis & causatis: quæ conuertuntur: dicit & de his etiam quæ non conuertuntur: Et vult ꝙ quando non conuertatur medius terminus ad maiorem hoc est causa ad causatum. & fuerit causatum notius ipsa causa: hic erit syllogismus ipsius quia, non autem ipsius propter quid. Et per nõ causam: causatum intelligit: vt syllogismo qui dicit. Mulier peperit, quæ peperit. Viro adhæsit, notius enim est ipsam peperisse: adhoc enim sequitur adhæsisse viro. Non tamen illud sequitur ad ipsum adhæsisse viro. Quare hic erit syllogismus ipsius quia: & non propter quid quoniam ex causato, hoc est ex peperisse causam, hoc est viro adhæsisse conclusit, tanꝙ omnino sequatur ad causatum causa quoniam si peperit, omnino etiam viro adhæsit. In his igitur quæ ita se habent, nõ est syllogismus propter quid: eo ꝙ nõ sequatur ad causam effectus. (Expositio Philopo.) N


¶ Sed quæres cur alterius modi nõ meminit. Vtputa: causato existente, non omnino causa est. ¶ Dicendum huiusmodi Aristo. non meminisse quoniam omne: quod fit, ex causa fit. & sic omnino necesse est, causato existente: & causam etiam esse. At causatum esse non potest: quin causa sit. Hac ratione solum accepit, ꝙ possibile est causa existente: non omnino esse causatum: non tamen econtrario: causato existente: non esse causam. ¶ Secundo quæres: cã & causatum eorum sunt: quæ sunt ad aliquid: quo pacto ergo dicimus ipsa non conuerti: & contingere causa existente, non esse causatum. ¶ Respondet Philoponus: ꝙ potentia causa. quæ non actu, est potest esse, non existente, causato, non. n. ut causam dicimus esse: sed vt rem. Vtputa: ædificator potest esse, domo non existente: quatenus habitum habet talem. Si tamen (vt causa caperetur) necesse est omnino & causatum esse, hæc. n. sunt eorum: quæ ad aliquid: & vt est alterum. Si enim causa potentia est: & causatum potentia est. Et si causa actu est: & causatum omnino actu est. Vnde dicit. ¶ In quibus autem syllogismis, media non conuertuntur cum maiore extremo: hoc est causatum cum causa: & in talibus: id quod non est causa: hoc est causatum: est notius sua causa. Ipsum quidem quia demonstratur per tales syllogismos, non autem conuersione demõstrari potest, ipsum propter quid. Hæc est Philoponi expositio: quæ mihi placet. Nam parum differt a prima. (Dubõ. 1.) (Solutio.) O (Dubõ. 2.) (Sol. Phi.) P

¶ Præterea in his quibus medium extra ponitur, etenim in his ipsis est ipsius esse, & non ipsius propter quid est demonstratio. Non enim dicit causam ipsam. Veluti propter quid paries non respirat: quia non animal est. Nam si hoc non respirandi causa est, oportebat animal respirandi causam esse. Ceu si negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi. Vt si calidorum ac frigidorum intemperatio, sanitatem non habendi, causa est, eorundem temperatio, sanitatem habendi, causa est. Pari quoq; modo si affirmatio essendi causa est: ad hæc autem hæc hoc pacto sunt aßignata, non accommodantur id quod est dictum, non enim animal omne respirat. Atq; ratiocinatio causæ talis in media fit figura, a, namque sit animal, b, respirare, paries, c, Igitur ipsum, a, cuilibet quidem, b, competit, omne nãq; quod respirat animal est. Nulli autem inest, c, Quare neq;, b, cuipiam competit, c, Paries igitur non respirat. Q

¶ Amplius in quibus medium extra ponitur. Etenim in his, non propter quid, sed ipsius quia demonstratio est. Non enim dicitur causa. Vt propter quid non respirat paries, quia non est animal. Si enim hoc non respirandi causa esset, oporteret esse animal causam respirandi. Vt si negatio causa est ipsius non esse. Affirmatio causa est ipsius esse. Sicut si sine mensura esse calida, & frigida causa est non sanandi, & mensurata eam huiusmodi. causa erit sanandi. Similiter autem, & si affirmatio, causa est ipsius esse, &


negatio

A *negatio, ipsius non esse. In his autem sic demonstratis, non contingit, quod dictum est. Non enim omne animal respirat. Syllogismus autem huius causæ est in media figura, ut sit, A, animal, In quo, B, respirare. In quo, C, paries, In quo, B, quidem igitur omni est, A, Omne enim respirãs est animal. In, C, autem nullo. Quare neq; B, in, C, ullo est. Non igitur respirat paries.*



B

Cõ.139. ℣Cum posuisset exempla aliorum modorum. Nunc ponit exẽplum (vt Philoponus autumat). Primi modi. Erat C enim primus modus: ꝙ syllogismus ipsius: quia vno modo est: per causam remotam. Ergo huiusmodi exemplũ (Verborũ expositio. Alexan. Cap. 8.) ponere intendit. ℣Quo vero ad verba attinet. Alexander per medium extra poni intelligit secundam figuram. Mouetur, quia exempla, quæ subscribit, sunt secundæ figuræ. Accedit: ꝙ primo priorum sic Aristo. dicit de secũda figura. ℣Aliter autem exponit Alexander: & intelligit per medium extraponi medium esse longinquius a ꝓxima causa: quasi dicat: ꝙ in medio termino nec propria nec proxima sit causa, sed mediatę sint propositiones. Talis enim erat primus differentiæ modus ipsius: quia ad ipsum propter quid. Syll's nãq; ipsius quia: qui per remotã cãm, fit propositiones non immediatas habet: sed mediatas: & ꝙ sic Aris. intelligat, patet ex his, quæ in exemplo dicit. Et patet etiã ibi. (Similes autẽ sunt tales causæ: his: q̃ secundũ excessum dictæ sunt). Vbi patet eũ per medium (Insequẽti parte tex.) extraponi, intelligere: in medio nõ esse causam proximã. D Et licet exemplũ, quod ponit, sit in secunda figura, tamẽ Aris. nõ illud ponit: tanq̃ non possit esse in ea syll's pp quid: vt postea dicemus: Vnde inquit. ℣Amplius in quibus syll's mediũ extra ponitur tãquã cã remota: subaudi in his demõstratio est ipsius quia nõ ipsius pp quid, cãm affert: & inquit. Et. n. in his nõ ꝓpter quid: sed ipsius qa: demõstratio est. Nõ. n. mediũ dicitur causa propria atq; ꝓxima, sed remota. Ecce quõ eius: quod dixerat, assignauit causam: per illud verbũ. Affert exẽplũ: & inquit. Vt propter quid nõ respirat paries, respondetur: quia non est animal. Hic. n. syll's per cãm remotã fit: nõ aũt per cãm proximã: cum effectu conuertibilem: Et ꝙ ita sit: probat Arist. & inquit. Si. n. hoc. s. non esse animal. Non respirandi causa esset. oporteret esse animal causam respirandi. Vt si negatio cã est ipsius non esse. Affirmatio causa est ipsius eẽ. Quod exẽplo pulchro ꝓbat, & inquit. Sicut si sine mensura esse calida & frigida cã est non sanãdi, hoc est, cã est essendi ægrotũ: & mensurata esse hmõi cã erit sanãdi atq; essendi sanũ. Et q̃m aliquis posset dicere. Vtrũ silr esset in affirmationibus quasi respõdens inquit. Similiter aũt: & si affirmatio cã est ipsius esse, & negatio erit cã ipsius non esse. ℣Sed dubitare põt quispiã, q̃m Aris. dicit si nõ esse animal cã nõ respirãdi esset: oportet animal cãm esse respirãdi. Vr. n. male vti cõuersione ad oppositũ. Non. n. ex opposito ãncedẽtis sequitur oppositũ consequẽtis. ℣Rñdet Philop. ꝙ Aris. nõ loquiř in ꝓpõne simpliciter: sed in causa & causato. Vnde sensus est. Si. n. hoc. s. nõ esse animal. Nõ respirandi cã esset ꝓxima & cõuertibilis: oportere esse animal cãm respirandi: q̃m in cã cõuertibili cũ effectu: si negatio sit cã ipsius nõ esse. Affirmatio est cã ipsius eẽ. Vt si incõmensuratũ esse in humoribus sit cã non essendi sanũ cõmensuratũ esse erit cã essendi sanũ. Silr autẽ & de affirmationibus. in cã. n. quæ cũ effectu conuertiř ẽt si affirmatio cã est affirmationis, negatio erit cã negationis. Ergo Aris. non loquitur in ꝓpositione simplr: sed in cã & causato. Propterea addit. In his aũt sic demonstratis. Vtputa per nõ esse animal: non respirare: nõ contingit quod dictum est. s. ꝙ esse animal sit causa respirandi. Non enim oẽ animal respirat: q̃m nec insecta, nec Pisces omnes respirant. Sed proxima cã nõ respirãdi est non habere pulmonem. Q̃m omne habens pulmonẽ respirat: & omne non habens pulmonem: nõ respirat. Et quia dedit exẽplũ de cã remota ex animali. Exponit nũc in qua figura cõmode fieri põt hoc exẽplũ: & inqt. Sill's aũt huius cãæ. s. remota est in media figura. Vt sit, A, animal. In quo, B, sit respirãs. In quo, C, sit paries. Terminis sic cõstitutis patet ꝙ in omni, B, est, A, Omne. n. respirans est animal. In quo aũt, C, nullo est ipm, A, Nullus. n. Paries est animal. Quare neq; B, in, C, vllo est, non igitur respirat paries. Est igiř totus syllogismus. Nullus paries est animal. Omne respirans est animal. Nullus igitur paries respirat. ℣Sed quæres. Vtrũ in secũda figura possit fieri demonstratio propter qd Aris. postea rñdebit in exẽplo Anacharsis. ℣Tamẽ Philoponus respõdet hic: in secunda figura demřo ꝓpter quid eẽ potest: & ponit exẽplũ: in hoc syllo, in habitatione, quæ est sub recta Sphera. Circulus secũdũ quẽ moueř Sol: æqualẽ habet semicirculũ supra terrã: ei qui est sub terra. At in q̃bus est maior & minor dies, nõ est pars solaris circuli: quæ supra terrã æq̃lis ei, quæ sub terra est. In habitatione igiř q̃ ẽ sub recta Sphera nõ est maior & minor dies. Hic igř ẽ syll's pp qd: ꝓxima. n. cã ẽ in medio termino. ℣Animaduerte (vt Philop. inqt) ꝙ syll's: quo Arist. ꝓbauit parietẽ non respirare: põt reduci ad primã figurã cõuersis maiore & cõc'one in terminis. Q̃m si nullus paries est animal: nullũ



Marginal notes (right): E; Dubõ.; Rñ Phi.; F; G; Quæstio.; Rñ Phi.; H; Notandũ.

I animal est paries,& oē respirās est animal, ergo nullū respirās est paries:quare hac cōuersa:nullus paries respirat. Quia vero simplicius per secundā figurā illud concludebat,pp hoc exemplū fecit in secūda figura.⁋ Sed qres cū prima in figura fieri possit sylls negatiuus, cur nō posuit exemplū in prima figura.⁋ Cām affert Philop.a quidem pulchrā,qm̄ nō pōt in minori accipi mediū negatiue.Nō n.pōt assignari cā:quare maior nō prædicet de minore:nisi minor sit negatiua.Non.n.cū hō animal sit. Iccirco nō est lapis:sed in causis oportet mediū terminum negari de minore:& cām fieri eius ,pximā, & maiorē negari a minori:sicut ēt in affirmatiuis sylls.Iccirco maior de minori pdicatur,qm̄ & medius terminus pdicatur de minori:ita & in negatiuis oportet fieri:siquidē oportet medium terminū esse verā cām eius ꝙ maior in minori nō insit: & negetur medius terminus de minori,& per mediū maior neget a minori: qa igitur in talibus vult medius terminus de minori negate.In prima autē figura nō contingit minorē ,ppōnem negatiuam esse.Iccirco non pōle in prima figura syllm̄ negatiuū causæ fieri,nisi(vt diximus) duabus cōuersionibus factis:& negatiuę ,ppositionis:& cōclōnis:ꝙ autē esse animal non sit cā:ꝙ hō nō sit lapis: patet qm̄ & nō animal exn̄s pōt non esse lapis:vt lignū. Quia vero in secūda figura minor esse pōt negatiua.Ideo solū in illa talis causæ syllogismus est.

Dubium.

Solo Phi.

K

1. priorū cap.6.

⁋ *Tales uero causæ similes sunt hisce quæ per exuperationem dicuntur. Hoc autem est medium id dicere quod superat causam,cuius generis est Anacharsidis illud; in scythia modulatrices non sunt,nam neq; uites. In eadem igitur scientia & in mediorum positione hæ sunt differentiæ ratiocinationis ipsius esse,ad ipsius propter quid est ratiocinationem.*

L

⁋ *Similes autem sunt tales causæ his, quæ secundum excessum dicta sunt. Hoc autem est plurimum distans medium dicere,sicut est illud Anacharsidis,ꝙ in scythis non sunt Tibicines. Neq; enim uites. Secundum igitur eandem scientiam,& secundum mediorū positionem hæ differentiæ sunt ipsius quia ad eum, qui propter quid est syllogismus.*

Cō.139. Expositio quædam.

⁋ Exponit nūc quales causæ sint illæ:q̄ sunt mediū extrapositū.Et vna expō est,ꝙ cāæ quæ sunt mediū extrapositū sunt siles his,q̄ sunt secundū excessum:hoc ē sunt causæ multū distātes:& exponit qd per cās multū distātes intelligit:& inqt.⁋ Hoc aūt est plurimū distās mediū dicere s.a ,pxima cā.Hoc est mediū terminū nō esse proximam causam:sed remotiorē.& ita verbū illud his: q̄ secundū excessum dicta sunt:exponit pro eo quod est multū distantibus,& huius expositiuū est id: quod infertur. Hoc autē est plurimū distans mediū dicere.s.a causa proxima. Ergo per causas:quæ sunt mediū extrapositū, intelligit cās remotas: & hoc declarat exēplo Anacharsidis Scythæ,ꝙ probat apud Scythas non esse Tibicines: quia nō sunt vites.⁋ Reprehendit autē Philoponus hanc expōnē, qm̄ si ita intelligeretur:esset sensus ꝙ longinquæ causę essent similes longinquis causis.⁋ Propterea exponit cum Themistio qui per ea q̄ secundū excessum dicūtur:intelligit ea,quæ ex superabūdantia sumpta sunt.Sufficit.n. ad demonstrādū ꝙ paries non respiret:dicere ꝙ pulmonem non habeat.Illud vero:,ppterea ꝙ non sit animal:ad excessum,& ex superabundātia sumptū fuit.Exponēs autē quid velit intelligere per verbū secūdū excessum subscribit.Hoc aūt est:dicere plurimū distans mediū,hoc est lōginquiorē terminū a ,ppria cā.Talē(vt inqt).Cām & Anacha rsis Scytha assignauit eius ꝙ nō erat Tibicines in Scythis.Interrogatus.n.an essent in Scythis Tibicines: rn̄dit,nullo pacto,qm̄ neq; vites.Remotā.n. & is cām assignauit.Nā proxima cā erat non inebriari,huius autē nō esse vites.Ferē aūt hoc in vetustissimis Annalibus Scytarū:vt Philop.inqt.Vnde dicit.⁋ Similes aūt sunt tales causæ,quæ sunt mediū extrapositū his,quę secūdū excessum dicta sunt hoc est ex superabūdantia sumpta,& exponit hoc,& inqt.Hoc autē est dicere plurimū distās mediū.Sicut est illud Anacharsidis,ꝙ in Scythis nō sunt Tibicines: neq; enim vites:& sic nō Tibicines.Tūc epilogat:& inqt. Secundū igitur eandē scientiā,& secundū mediorū pōnē, hoc est in eadē scientia:& quātū ad ipsam mediorū pōnem.Hæ sunt drīæ ipsius,qa ad eū: q pp quid est sylls. ⁋ Quo vero ad rōnē Anacharsidis attinet. Animaduerte Tibicines eos esse,qui oris instrumētis sibillāt hi vero,vt Aristo.inqt.In octauo politicorū, præ nimia anhelandi necessitate:q̄ ad sibilandū reqritur:in pcordijs exiccantur: & ,ppterea humore indigent qui potu vim instauratur, in hac rōne sibillatores ebrij sunt. Argumentabatur ergo Anacharsis:in Scythia nō sunt vites:igitur non est vinū. In Scythia nō est vinū,igitur nec ebrietas. In Scythia nō est ebrietas,igitur nō sunt sibillatores:quare cū in scythia nō sint uites:nec in scythia erūt Tibicines,sibillatores.Ecce qūo cāæ tales sint similes his: quæ ex superabundātia sumuntur.⁋ Sed dubitat: qm̄ videtur ꝙ plures sint drīæ syllogismorū qa ad syllogismos ,ppter quid in eadē scientia,ꝙ duæ,nā differūt etiā per affirmatiuū: & negatiuū. ⁋ Et dicēdū ꝙ hæ nō sunt drīæ necessariæ.Sylls.n. ,ppter qd potest esse & affirmatiuus,& negatiuus: & sylls quia etiā.Nā qui est per effectū conuertibilē:est affirmatiuus: qui autē per cām remotā:est negatiuus.⁋ Scdo dubitatur, qm̄ nō vr ꝙ duæ tantū sint demrōnis species:qm̄ Auer. addit demōstrationē simplr:cuius mediū est nobis: & naturæ notū.⁋ Græci vero(vt Alexan.Themistius:& Philoponus)duplex esse tm̄ demōstrationis genus alterū ipsius quia.Alterū ipsius ,ppter quid.Nec ab rōne sic dicūt:qm̄ in omni demōstratione:aut mediū est cā,aut effectus,si cā vel ,pxima:vel remota.Remota quidē cōstituit demōstrationē quia.Proxima vero, demonstrationē ,ppter quid. Si aūt sit effectus:demōstratio erit:quia, & sic nulla spēs præter has esse pōt.⁋ Fortasse Auer.asserit tres esse spēs p diuisionē,& subdiuisionē.Qm̄ omnis demrō secundū genus duplex est,aut ipsius quia:aut ipsius ,ppter quid. Et ipsius ,ppter quid demōstratio duplex est,nā cū in omni tali mediū sit cā:talis cā potest esse nobis nota atq; manifesta dupliciter:vel nota nobis per inuentionē: quæ fit ab effectu:quales sunt demonstrationes physice propter qd: quæ fiunt in secūdo processu.Hæ.n.dicuntur demonstrationes puræ propter quid:qm̄ mediū est cā:quæ sua natura nō est nobis notior effectu:sed per inuentionē:quæ ,pficiscitur ab ipso.Aut pōt esse nobis nota,effectuq; manifestior propter eius naturā: & non per inuentionē:vt sunt in demōstrationibus mathematicis.Non.n.in illis cāæ inueniuntur per effectus:nec in illis fit regressus.Immo facta descriptione in abaco:simul habetur effectus inuētio: & inuentionis causa.Et tales demrōnes ab Auer.dicunt demrōnes simplr.siue cāæ & esse: qm̄ p tales demrātur effectus esse,& pp quā cām sunt.⁋ Et sic possunt græci cū Auer.conciliari:quoniam cū dicunt duas esse tm̄ demōstrationis differentias: ad primas demonstrationes differentias N

M

Rephēsio expōnis a Philopo.

Expositio Philop.& Themi.

Notādū de rōne Anacharsidis Tibicines

Dubi.

O

Solutio.

P

2.dubi.

Auer.

Græci.

Q

Cōciliatio græcorū cū Auer.

A rentias respexerunt, q̄ scd̄m genus duae tm̄ sunt. Cū autē Auer. dicit esse tres, respexit ad primas: & subalternas differentias ad diuisionē: & subdiuisionē. ℣ Tertio dubitabis an demōstratio qa sit sill's tm̄: vel sit demr̄o. ℣ Themistius secūdo huius velle vr̄: ꝙ processus ab effectu ad cām sit syllogismus tm̄. Cōtra vero a causis per effectū inuētis sit absolute dicēda demr̄o. ℣ Philoponus voluit processum ab effectu esse demōstrationē cōiecturalē, contra vero esse demōstrationē propter quid. ℣ Ammonius vero primo de anima asserit primū processum ab effectu esse dmr̄ōnē, secundū vero esse sillm̄ tm̄. Qm̄ mediū inuentū nunc̄ redditur notius effectu: q̄ inueniabatur. ℣ Sed de hac re saepe dictū est. Nūc vero dici pōt ꝙ vterq; ꝓcessus est demr̄o. Primus quidē vt Philoponus inqt. Cōiectural', et demr̄o secūdū materiā. Scd's demr̄o absoluta, et pp qd. Quo vero pacto mediū possit effici notius effectu: quo inueniebaṫ, Alibi diximus. ℣ Quarto dubitares: qa nō vr̄ ꝙ demr̄o p̄ cām remotā sit dicēda: qa sed potius pp qd, qm̄ ē demr̄o per cām. Cā aūt. est ęq̄lis ipsi pp quid. ℣ Dicendū ꝙ sola cā ꝓxima est ipsi propter qd ęqualis, quoniā ipsas respondetur affirmatiue ad quaestionem factā propter quid. Non sic respondetur per causam remotam. Si. n. quaeritur propter quid hō respiret: non dicimus quia est animal, se dicimus quia pulmonem habet. Negatiue vero respondemus. Si enim quaeritur an paries respiret: respondetur ꝙ non, quia non est animal. Et sic per tale medium demonstratur non esse: non aūt demōstratur, propter qd nō est.

Tertia dubitatio. Sol. the. — Philopo. — Ammon. — Vide sup̄ cō. 21. 34. & 132. 1. dubō. — B — Solutio.


Alio uero modo differunt esse. & propter quid est, q. per aliā atq; aliam utrunq; consideratur. Tales autem sunt hae, quae ita se se hēnt ut altera sub altera collocetur, ut ad geometriā pspectiua, et ad solidorū sciētiā, machinarū facultas extruēdarū, & ad arithmeticā musica, & ad astrologiā sese habet eorū scīa quae apparēt.

C

Alio autem modo differt ipsum propter quid ab ipso quia, quod est per aliam scientiam utrunq; speculari. Huiusmodi autem sunt, quaecunq; sic se habent adinuicem, ut alterum sub altero sit. Vt perspectiua ad geometriam. Et mechanica ad stereometriā. Et harmonica ad arithmeticā. Et apparentia ad astrologiā,

Cum assignasset differētiam ipsius quia, ab ipso ꝓpter quid in eadē scientia, Nunc discrepandi ipsius quia & propter quid non in eadem scientia hoc in loco rationem assignat per id quod dicit. ℣ Alio autem modo differt ipsum ꝓpter quid ab ipso quia: & exponit quis est iste alius modus, & inquit, Quod est hoc est: qui modus est per aliam scientiā atq; aliā vtrunq; speculari. Qm̄ propter quid consideratur in altera: et ipsum quia in altera. Et quia dixit per aliā atq; aliā sciētiā, exponit quae sint istae: & quo modo se se habēt inter se: & inquit. Hmōi autē sunt q̄cunq; sic se habēt adinuicē: vt alterū sub altero sit. Hoc est tales scientiae sunt subalternae: nā in subalternāte ipsum ꝓpter quid consideraṫ. In subalternata, cōsideraṫ ip̄m quia. Hoc pacto: vt inquit. Se habēt ipsa perspectiua ad geometriā. Et ipsa mechanica ad stereometriā et ipsa harmonica ad arithmeticā, & apparētia ad astrologiā. Sunt. n. haec subalterna, quatenus alterū sub altero est: & sp. ipsum propter quid in subalternante: & in ipsum quia in subalternata cōsideratur. Sit autē in exēplo: vt dicat perspectiuus: cur quae ꝓcul cōspiciūtur, minora apparēt, quę vero ꝓpe: maiora. Et assignet huius rei cām. Dicēs ꝙ quae sub minore angulo cōspiciūṫ maiora apparent, Quae vero proprius spectantur, eadem existentia: sub maiore angulo conspiciuntur q̄ quando longinquius fuerint. Sit igitur magnitudo: quę conspicitur. c. d. Oculus vero in. a. puncto. Radij visuales, qui exeūt ab oculo, per quos & susceptio fit: sint. a. c. a. d. Fit igitur triāgulus basim quidem habens. c. d. Latera aūt. s. a. d. & . a. c, Radios: q̄ ex oculo. Verticem vero ipsum oculum. Vt puta. a. Si igiṫ mouetur oculus: & propria fiat visibili: Vt puta secūdū. b. a. quo quidem rectę lineae sese adijciūt in visibili: quę sint b. c. b. d. Erūt perficientes, alterum triāgulū: scilicet. b. c. d. Cuius vertex quidem rursus est. b. Basis autem magnitudo: quę videtur scilicet c. d. Latera vero, b. c. b. d. quae radij sunt ab oculo exeuntes. Sunt igitur duo trianguli Basim quidem habentes eandem. Vertices autem & latera differentia. Quod igitur quae proprius conspiciuntur: sub maiore angulo conspiciantur: dicit perspectiuus. Cur angulus qui est sub. c. b. d. maior sit eo qui est sub. c. a. d. non amplius perspectiuus demonstrat: sed geometra. Ecce quomodo in subalternante propter quid, in subalternata vero quia consideratur. ℣ Quo vero ad verba attinet: animaduerte quod differunt stereometria a geometria: quoniam geometria circa superficies considerationem facit. Stereometria, circa corpora: est ergo stereometria principalior q̄ mechanica Mechanica enim his vtitur: quę demostrata sunt in stereometria: tanq̄ principijs & causis. Apparentia autem vocat: obseruationem eorum: quae apparent: quae a nautis fit. Vtputa, ꝙ hac die haec stella exoriatur: & de alijs omnibus: quae quidem ex obseruatione nautae sciunt. Sed obseruatio quidem nautarū scit solum modo ipsum quia de quibus scit: Astrologia vero causas horum assignat. Haec ex Philoponi commētarijs satis pulchre colliguntur.

Cō. 140. — D — E



F — Verborū expositio. — G

Atq; harum nonnullae scientiarum nomine ratione ue fere cōueniunt, ceu astrologia est. & ipsa mathematica, & nauigandi sciētia, & musica, ea est quae mathematica & quae auditum oblectat. Hic enim ipsum quidem esse ad eos pertinet scire qui sensu utuntur. Ipsum autem propter quid est. ad mathematicos ipsos. Hi nāque causarum demonstrationes habent.

H

Fere autem uniuocae sunt harum scientiarum quaedā, ut astrologia, & quae mathematica, & quae nautica. & harmonica, & quae mathematica, & quae secundum auditum. Hoc enim in loco ipsum quidem quia sensibilium est scire. Propter quid autē, mathematicorum. Hi. n. habent causarum demonstrationes.

Cō. 141. Quia mentionem fecit de subalternis scientijs. Et dixit ipsum propter quid in subalternante, ipsum quia in subalternata considerari: Nunc obiter exponit, quonam modo subalternae scientiae conueniant: & talem diuisionem innuit: ꝙ subalternarum scientiarum, aliae sunt fere vniuocae: quasi nomine ac ratione fere conuenientes: vt mathematica astrologia: & nautica: & mathematica: harmonica, & quae secundum auditum est. Conueniunt enim fere nomine, ac ratione. Aliae nomine & ratione penitus differunt: vt physica: et medicinalis. Nō. n. nomine: nec ratione conueniunt. Vnde inquit. ℣ Fere aūt vniuocae sunt harū scientiarū quędā, & subaudi & quaedā nullo pacto vniuocę, Et q̄ sint ferę vniuocę: exponit: & inquit. Vt

M secundũ peccatũ: q̃d erat: cum diuidẽs non cõplebat diuisionẽ vsq; ad vltimã differentiã. Ecce q̃ tres sunt obseruationes quę haberi debẽt in diuisionibus vtilibus ad colligendũ definitiones, & nõ duæ (vt Simplicius autumat). Addit: hoc aũt (vt Philop. inquit) vt nihil apponatur diuisioni vel definitioni: nihilq; auferatur: atq; transcendaẽ: tunc fit de necessitate, cũ omne in diuisionẽ cadit: & nihil relinquat diuidẽs. Simplicius vero exponit si omne in diuisionẽ cadit: quod in recta linea est: & nihil diuidẽs relinquat eorũ, quæ in latitudine sunt: & a latere: quasi dicat corriguntur illa tria peccata necessario: cũ omne quod in recta linea est: diuiditur: & quidẽ nihil relinquendo de differẽtijs illius lateralibus, vt si diuidiẽ animal non per gressibile: & volatile tantũ: sed ẽt per aquaticũ: & cætera. Addit aũt: hoc aũt necessariũ est: hoc ẽ vtile: nã (vt Simplicius & Philop. dixerũt). Primũ necessariũ sumptũ est pro necessario sequi: Secundũ ꝓ vtili, quasi dicat, hoc aũt.s. diuidere hoc mõ diuidenti vtile. Indiuiduũ.n. spẽ oportet esse: & per indiuiduũ spẽ: intelligit vltimã differentiam; vt Simplicius & Philop. intellexerũt: quæ nõ dicitur indiuidua: quia nõ possit diuidi: sed q̃a ipsa addita, nõ opus est vlteriori additiõne, vel q̃a ꝑ ipsam indiuisibiliter definitio cõuertitur cum definito: Aut (vt Philoponus inq̃t) indiuidua dicitur: quia vltimo occurrit diuidenti: & non apta est in vlteriores differentias diuidi. Patet igitur quomodo diuisio vtilis est ad colligendũ definitiones: vtpote cũ diuidens tribus illis seruatis in diuisione, proficisciẽ. N

Sed occurres, quia nullo modo diuisio vtilis videẽ ad definitionẽ colligendã: q̃m diuisio est posterior cõpositione: & definitio compositio quædã est: posterior ergo est diuisio definitione, non ergo ad illam vtilis videtur. Dubiũ.

Dici potest quod diuisio est prior compositione: & posterior: prior: quia diuisio generis est prior compositione speciei, quæ est definitio: Posterior vero, quia diuisio speciei posterior est compositione speciei. Solutio. O

At quãquã id fieri potest, nulla tamen hoc pacto unquã efficitur rõcinatio. Sed si noscere diuisio facit, alio quodam id facit modo.

Sed syllogismus tamen non inest. Sed siquidem alio modo cognoscere facit.

Ostendit vtilem esse diuisionem ad definitionem colligẽdam saltem absolute: licet non vt quid est: tribus obseruatis: & quia posset quispiam dicere: est ne diuisio his seruatis syllogismus, vel demõstratio: Respondet: & inquit. Sed syllogismus tamen non inest, & per inest: intelligit est, quasi dicat, licet diuisiua Methodus sic correpta vtilis sit: non tamen est syllogismus, scilicet demonstratiuus. Sed siquidem diuisiua Methodus definitionem cognoscere facit: supple tu, alio modo illam facit cognoscere: q̃ facit demonstratio. Facit enim cognoscere alio modo, q̃a sicut inductio ex datis a respondente aliquid cognoscere facit: non tamen demonstratiue, ita diuidens ex diuisione definitionem componens aliquid cognoscere facit: licet non syllogizat. Sed (vt Philoponus supplet) per parabolam vel comparationem ostendit. Cõ.37. P

At q; hoc quidem non est absurdum. Neq;.n. is qui utitur inductione fortasse demonstrat. Notum tamen aliquid facit.

Et hoc quidem non est inconueniens, neq; enim inducens fortasse demonstrat, sed tamen ostendit aliquid.

Sed adhuc obijcies: Omnis cognitio alicuius ex alio deducti est syllogistica: atq; syllogismus. Sed cognitio definitionis per diuisionem est alicuius, quod ex alio infertur. Ergo diuisio est syllogismus. Respondet ergo Aristo. negando maiorem: quia non omnis cognitio alicuius, quod ex alio deducitur est syllogistica vel demonstratiua. Propterea dicit. Et hoc quidem non est inconueniens: nam falsa est maior, ideo non est absurdum asserere aliquam cognitionem alicuius ex alio deducti non esse demonstratiuam: & affert instantiam: quoniam cognitio propositionis vniuersalis ex particularibus fit per inductionem: quę tamẽ non est syllogismus demonstratiuus inquit. Neq;.n. inducens fortasse demonstrat: dixit fortasse; quia aliqua inductio vim habet demonstrandi: vt secundo priorum dicit Auerroes: & secundo physicæ auscultationis, vtpote illa, quæ fit ex his, quæ sunt per se. Licet igitur inductio non demonstraret: tamen ostendit aliquid: quia vniuersale ex manifestis nobis singularibus. Com.38. Q Cap.16.

Rõcinationẽ autẽ non dicit, qui diffinitionẽ ex diuisione dicit. Nã ut in cõclusiõibus q̃ sine medijs inferũtur, si quispiã dixerit hoc necesse ẽ esse cũ ista sint, fit ut interrogetur ꝓpter q̃d, sic et i diffinitionibus

A *nitionibus cum per diuisionem inuestigantur fieri potest. Nam cum hæc constituitur diffinitio hominis, animal mortale pedes habens, bipes, ac alias uacans. Cur hoc in unaquaq; partium additio ne nimirum interrogatio fieri potest.*

Si syllogismum autem non dicit ex diuisione eligens definitionem. Sicut enim in cõclusionibus quæ sine medijs sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus, necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid, sic & in diuisiuis terminis, quid est homo, animal mortale, pedes habens, bipes, sine pennis, propter quid secundum unamquanq; appositionem.

Com. 39. Syll's tex. Quod proximis verbis acceperat hoc pacto syllogizare videtur. Nulla ratio qua habita, & completa contingit quærere propter quid est, demonstratio. Sed diuisio est ratio, qua habita & completa contingit quærere propter quid. Ergo non est demonstratio: Primo accipit conclusionem: & inquit. Syllogismum autem: scilicet demõstratiuum non dicit ex diuisione eligens definitionẽ. Hęc est conclusionis vis. Deinde ponit minorem: & quasi eius expositionem per comparationem: & inquit. Sicut enim in conclusionibus, quæ sine medijs sunt: si aliquis dicat: quoniam his existentibus, necesse est hoc esse: contingit interrogare propter quid: sic & in diuisiuis terminis: hoc ẽ in definitionibus: quæ per diuisionem inuestigantur, supple contingit interrogare propter quid, vt si per diuisionem concludatur quid est homo, & dicatur ꝙ est animal mortale, habens pedes: bipes: sine pennis contingit interrogare propter quid secundum vnamquãq; appositionẽ: idest secundum vnamquamq; partium additionem: hæc est quasi minor. Et per conclusiones sine medio Themistius intelligit Enthymemata. In quibus medium verbis explanatum non est: sed mente conceptum, nam post illatam conclusionem contingit quærere. Philoponus vero intelligit syllogismos: qui ex mediatis ꝓpositionibus constant: nam post illatam conclusionem contingit quærere. Ego vero dicerem cum Themistio, nam Aristoteles per hanc similitudinem vult habere, ꝙ sicut in conclusionibus sine medio contingit quærere de illata conclusione propter quid: ita post illatam conclusionem a diuisione, contingit quęrere de vnaquaq; parte eius propter qd. Modo quando syllogismus est ex mediatis non de conclusione: sed de propositionibus contingit quærere. Melius ergo cum Themistio: nam post illatam conclusionem Enthymematis de conclusione contingit quærere propter quid: & ita similitudo verior est.

Quid the. intelligat p con. sine medio Philopo. — C — Propria expo.

D *Dicet. n. atq; ostendet per diuisionem, ut putat, omne animal aut immortale esse aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem esse ostenditur. Quare etiam si definitio per diuisionem demonstraretur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.*

Animal verbũ additũ est. *Dicet. n. & demonstrabit diuisione sicut opinatur, quoniam animal, aut mortale, aut immortale est. Huiusmodi autem oratio omnis, non est definitio, quare si diuisione demonstrauit, tamen quod & definitio est, non syllogismus fit.*

Com. 40. Dictum est diuisionem non esse syllogismum. Contra: quia diuisio fit ex duobus processibus. Primus sumit pro concesso hominem esse animal: & postea accipit, omne animal esse mortale vel immortale: ex concesso pro minore, & assumpto pro maiore sequitur hominem esse mortalem vel immortalem. Secundus sumit a respondente E hominem non esse immortalẽ, & ita argumentatur, Omne animal est mortale vel immortale: & homo non est immortalis: ergo est mortalis. Vbi patet primum processum esse syllogismum: qui tamen est diuisio: vel diuisiuæ Methodi pars. Respondet Aristo. Dicet enim & demõstrabit per diuisionem sicut opinatur ipse diuidens cum syllogizat: quoniam omnis homo est mortale: aut immortale, & sic legit Simplicius, nam in verbis græcis non legitur verbum animal: vtpote sic argumentans. Omne animal mortale aut immortale. Omnis hnmo est animal. Ergo omnis homo est mortalis vel immortalis. Philoponus illi verbo omne, quod græce est πᾶν, suppleuit animal: & tunc lege sic. Etenim diuidens cum syllogizat, dicet & demonstrabit per diuisionem omnem hominem esse mortalem vel immortalem: quoniã animal aut mortale: aut immortale est: & supple omnis homo est animal: F dicet & demonstrabit: non propria demonstratione: sed vt opinatur demonstrare, quia sibi videtur demonstrare. Verum huiusmodi vniuersa oratio: quæ est cathegorica de prædicato disiuncto: non est definitio: & addit: quare etiam si concedamus: quod ostenditur aliquid ex diuisione non sit tamen ex diuisione demonstratio definitionis: quoniam neq; definitio sit syllogismus: id est cõclusio (vt exponit Philop.) Sic igitur diuidens nõ syllogizat: & dato ꝙ syllogizat: syllogizat vnam cathegoricam de prædicato disiuncto: quæ non est definitio. & dato ꝙ tota diuisiua Methodus, quæ constat duobus processibus, aliqd ostendat definitio, quã demonstrat, non est syllogismus, hoc est conclusio. Non enim demonstrat ipsam vt quid est. Debes scire ꝙ tam diuidens ꝙ̃ inducens aliquid ostẽdit: vterq; tamen sumit a respondente: diuidens enim sumit a respondente primum genus de definito: verbi causa ꝙ omnis homo sit animal. Deinde accipit ꝙ omne animal aut mortale est: aut immortale: ex his concludit: ꝙ omnis homo mortalis vel immortalis: deinceps in secundo processu sumit: ꝙ homo non sit immortalis ab ipso respondente: & demum infert ꝙ omnis homo est mortalis, quare animal mortale. Inducens vero accipit Socratẽ currere, & Platonem currere: & Ciceronem. Sed ꝙ alij omnes similiter: sumit a respondente: vel ꝙ isti sint omnes homines: vel quod omnis homo sit Socrates: & Plato, & Cicero, & nullus alius: etiam sumit a respondente, & ita tam diuidens: ꝙ̃ inducens aliquid ostendit: vterq; vero petit, aut aliquid a respondente: aut id: quod in principio quęrebatur. Diuidens enim petit a respondente: aut quod est æque notum: aut quod est conuertibile, & ęquale. Inducens vero petit: quod a principio quærebatur: quia sumit a respondente conclusionem formaliter: antequam inferat eam: vtpote cum dicit, & sic de singulis, vel aliquid tale.


Notandũ. G — H

Sed ne fieri potest ut ipsum quid est, accommodatum substantiæ demonstraretur, ex suppositione tamen, hoc pacto, ut accipiatur id quidem propriũ quod ex hisce constat, quæ hoc ipso quid est, prædicantur, diffinitionem esse, hæc autem sola dicto prædicari modo, totumq; quod ex hisce constat proprium esse. Id est enim illius nimirum ratio.

Tex. 5. *Sed utrum etiam sit demonstrare quod quid est secundum substantiam? ex suppositione tamen, accipientem ipsum quidem quid erat eße, id esse, quod ex his est, quæ in eo quod quid est, sunt proprijs. Hæc autem in eo quod quid est sola, & proprium omne. Hoc enim est esse illi.*

I

Hoīs qđ quid est	Propriũ hoīs qđ de hoīe vt qđ est dr̃.	Aīal bipes rōnale mortale.
A	B	C



Com. 41. Expō the. Quid sit syl'is diffinitiuus.

¶ Transit in aliud problema: quod secundum Themistiũ sic intelligitur: Vtrũ definitio possit demonstrari de definito per syllogismum definitiuum: est autem syllogismus definitiuus ille, qui definitionem definitionis pro medio accipit: verbi causa, definitio definitionis hominis est, proprium hominis, quod de homine: vt quid est, dicitur, erit K ergo syllogismus. Omne propriũ hominis, quod de homine vt quid est: dicitur: est hominis quod quid est. Animal bipes rationale mortale est proprium hominis, quod de homine prædicatur: vt quid est: Ergo animal bipes rationale mortale est hominis quod quid est. Quærit ergo vtrum definitio de definito demonstrari possit per syllogismum definitiuum: inquit. ¶ Sed vtrum etiam sit demõstrare quod quid est secũdum substantiam. i. essentiale de definito ex suppositione tamen, sit demonstrare dico accipientem ipsum quidem quod quid erat esse: id esse: qđ ex his proprijs est: quæ in eo quod quid est, sunt quasi dicat: ita vt accipiens sumat, quod quid erat esse: scilicet hominis est illud, quod ex his proprijs est: quæ in eo quod quid est: sunt, & hanc tanq̃ maiorem. Hęc autem. s. animal bipes rationale mortale sola sunt in eo quod quid est, & L omne ex his compositum est proprium, & hanc accipiat tanq̃ minorẽ. Et concludo: ergo hoc totum, videlicet animal bipes rationale mortale est illi: scilicet homini esse atque ratio, vbi patet: verbum. n. illatiuum esse quærit ergo vtrum hoc pacto ex definitionis definitione possit definitio de definito demonstrari. Appellat autem Aris. hunc syllogismũ ex suppositione definitionis, definitionis. Nõ n. dicitur hic syllogismus ex suppositione, cum sit categoricus: sed dicitur ex suppositione: quia in ipso supponitur definitio definitionis, & hoc pacto etiam Philoponus exposuit, & Simplicius: licet obscure.

¶ An & hic rursus sumitur diffinitio, necesse est enim per mediũ ipsum ostendere.

¶ An iterum accipit quod quid erat esse, & in hoc, necesse est. n. per medium demonstrare.

Cõ. 42. ¶ Respondet definitionem de definito hoc pacto demon M strari non posse, q̃a in medio acciperetur quod quid erat esse: quod demonstrandum erat, accipitur quidem actu atque in propria forma, & non solum potentia. Cum. n. dicitur in minore animal bipes rationale mortale propriũ hominis est: qđ de homine: vt quid est, dicitur: nihil aliud est. q̃ constituere hominis definitionem esse animal rationale mortale bipes: quod quærebamus: inquit. ¶ An iterum vtens hoc syllogismo accipit in medio, & in hoc syllogismo quod quid erat esse: necesse. n. est, hoc est: qđ quidem necesse est per medium demonstrare.

¶ Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid ē ratiocinari, semper. n. tota uel pars est propositio ex quibus rõcinatio constat, sic neq; diffinitionem oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum a propositionibus esse. Atq; ut si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta necne, obuiandum est asserendo ratiocinationem esse extructam, id. n. ratiocinatio, sic & ad eum qui dicit non diffinitionem esse conclusam asserendum est diffinitionẽ esse conclusam. Id enim nobis supponebatur esse ratio diffinitione. N *Quare necesse est & sine ratiocinationis & sine diffinitionis ratione, aliquid per ratiocinationem conclusum esse.*

¶ Amplius sicut in syllogismo non accipitur quid est syllogizare (Semper enim tota aut pars est propositio ex quibus est syllogismus) sic neq; quod quid erat esse oportet esse in syllogismo. quidē eni. *Sed seorsum hoc appositis esse: & ad dubitantem si syllogizatur uel non syllogizatur hoc, obuiaudo, quoniam hoc quidem erat syllogismus, & ad eum, qui dicit, quoniam sic quod quid erat esse syllogizatur quoniam sic. Hoc enim positum est nobis, quod quid erat esse, quare necesse est & sine ipso quid est syllogismus, aut* O *sine quod quid erat esse, aliquid syllogizare.*

¶ Secundo hoc idem probat exemplariter (vt dicit Philo Cõ. 43. ponus) hoc modo, quemadmodum non contingit in cõbinatione syllogistica sumi medium definitionem syllogismi. Sed alterum proprium & conueniens, quoniam ꝓpositio sumpta in syllogismo semper totum aut pars est idest semper velut maior sumitur: aut minor: ex quibus propositionibus fit syllogismus: sic neq; definitionem definitionis possibile est medium sumere terminum in demonstratione definitionis, in qua concluditur ꝙ hæc definitio animal gressibile bipes definitio est huius definibilis: scilicet hominis. Sed debet definitio syllogismi & definitionis seorsum a positis in mente seruari velut regula duplici de causa ad obuiandum contra dubitantem an sit syllogismus hic vel ne: quem fecimus: & hæc definitio: P quam conclusimus sit definitio vel ne: & ad confirmationem, eius, qui dicit hunc esse syllogismum, & definitionem esse conclusam: vnde inquit. Sed seorsum hoc appositis esse oportet, scilicet definitionem definitionis: & definitionem syllogismi, & hoc duplici ratione, & ad dubitantem si syllogizatur: vel non syllogizatur hoc, obuiando: quoniam quidem hoc erat syllogismus asserendo & syllogizatum. Similiter ad dubitantem an conclusum sit definitio: asserendo contra ipsum, ꝙ est definitio. Et ad eum, qui dicit: quoniam sic quod quid erat esse syllogizatur: confirmando quoniam sic syllogizatur: simili modo & de syllogismo: confirmando esse syllogizatum si quis dixerit esse syllogizatum. Hoc enim & ad hoc ipsum quod quid erat esse syllogismi & definitionis positum erat esse, vt obuiemus: & confirmemus ex his conclu Q dit propositum: & inquit. Quare necesse est & sine ipso quid est syllogismus aliquid de aliquo syllogizare, & sine quod quid erat esse definitionis aliquid de aliquo vt quid est syllogizare. Secundum ergo Philoponum probatio est per exemplum. Potest tamen esse vis syllogismi, nam quod vt regula supponitur non accipitur in syllogismo: definitio definitionis: vt regula supponitur ad obuiandum & ad confirmandum: ergo in syllogismo non accipitur. ¶ Quo vero ad verba attinet. Debes scire hunc textum esse in græco: & in latino valde fragmentatum. Propterea de licentia interpretis suppleui quædam verba, vt patet consideranti verba græca.

¶ At. n. neq; sic bene sese habebit ipsius quid est probatio, si ex suppõne etiã quispiã ipsum oñdat hoc pacto, si rõ mali ē diuisibile eē,

quibus

A *quibus aũt cõtrariũ, eorũ & rõ cõtraria est rõ cõtrarij atq; bonũ ẽ malo cõtrariũ, & indiuisibile diuisibili, rõ boni nimirũ est indiuisibile esse. Et hic.n.accipietis diffinitionem ostendit.*

Tex.6. ¶ *Et si ex suppositione demonstraret: ut si malo inest diuisibile esse: In cõtrario autem est: quod in contrario est esse: in quibuscunq; est aliquod contrarium: Bonum autem malo contrarium est: & iudiuisibile diuisibili. Est itaq; bonum quod est indiuisibile esse. Et.n.hic accipiens quod quid erat esse, demonstrat.*

Com.44. ¶ Transit ad aliud problema an scilicet definitio de definito demõstrari possit p syllogismũ hypotheticũ acceptum a loco contrarij, quẽ Themistius appellat syllogismũ a fictione & subiectione, q hoc mõ cõficitur: si definitio mali ẽ diuisibilitas: & contrarij cõtraria definitio ẽ, Dico in quibuscũq; reperit contrariũ, Bonũ autẽ malo cõtrariũ est: & indiuisibile diuisibili: ergo definitio boni est esse in diuisibile. Simul itaq; querit, & soluit problema cũ inqt.

B ¶ Et si ex suppõne: scilicet sumpta a definitione cõtrarij demonstraret: etiã sup. minime syllogismus valeret: cuius cãm dicit. Etenim hic idest in hoc hypothetico syllogismo demõstrat: accipiens qd qd erat esse, & ita acciperet (vt concessum) qd erat q̃situ. ¶ Animaduersione dignũ, vt ex Themistio accipit, vnũ contrariũ ita se habere ad ꝓpriã definitionẽ, sicut alterũ ad suã: & ita ęqualiter boni rõ de bono ignota ẽ, vt illa mali de malo. Pręterea vt illa mali põt sumi pro medio ad syllogizandũ: illã boni de bono: sic cõtra illa boni accipi põt ad syllogizandũ eã quę est mali, de malo: ita (vt ꝓbatio reciproca sit) cũ alterũ alteri mediũ eẽ possit & ecõtra. Est ergo secundũ Themi. spẽs petitionis eius, qd in principio q̃rebatur nõ in ꝓpria forma: Sed in suo æqualiter ignoto: & reciproco. Philoponus aũt dicit eũ q hoc pacto syllogizat petere qd in principio: qa querebat definitionẽ: & accipit definitionẽ sine demõstratione. Nã volẽs oñdere de

Notãdum ex The.

C finitionẽ boni eẽ qd indiuisibile: assumpsit vt cõcessum q definitio mali ẽ diuisibile: & ita petit qd in principio sumẽs vt cõcessum: q̃situ: oñdere.n. q hoc ẽ definitio huius: qa hoc ẽ definitio huius, principiũ petere est: cũ alterũ p alterũ ostẽdat, Hæc Philoponus & quasi innuit eẽ petitionẽ in ꝓpria forma. Qui.n. ꝓbat boni definitionẽ eẽ indiuisibile: quia definitio mali ẽ diuisibile, nõ scit definitionẽ mali eẽ diuisibile, nisi quia scit definitionẽ boni eẽ indiuisibile, cũ alterũ p alterũ ostẽdatur: & q̃rebat definitionẽ boni eẽ indiuisibile: ergo sumit (vt cõcessum definitionẽ boni) quã q̃rebat. Addit aũt Simplicius q dato hoc modo syllogizari posse definitionẽ de definito: regula non erit vniuersalis, qm̃ non in omnibus habebit locum: Sed (vt dicit Aristo.) in solis contrarijs.

Philopo.

Simp.

¶ *Sumit aũt diffõnẽ ad ostẽdẽdã diffõnẽ. At sit aliqd aliud. Et in*
D *demonstrationibus.n. aliquid de alio dici sumitur. Non tamen ipsum neque id cuius est eadem ratio atque conuertitur.*

¶ *Accipit autem ad demonstrandum, quod quid erat esse. Alterum tamen sit. Etenim in demonstrationibus est hoc de hoc: Sed non ipsum: neq; cuius est eadem ratio, & conuertitur.*

Com.45. ¶ Dubitaret quispiã: nã accipiens definitionẽ mali ad syllogizandũ definitionẽ boni: non videtur sumere qd q̃rit, vt cõcessum, nã quærit definitionẽ boni sumit vero: ut concessum definitionẽ mali, mõ definitio.n. an quasi, vt concessum sumit, alterum qd ẽ a definitione boni, quam q̃rit: & ita qd quærit nõ vt cõcessum sumit: inquit. ¶ Accipit aũt ad demonstrãdũ qd quid erat eẽ: supple etiam qd quid erat eẽ. Alterũ tñ sit: hoc ẽ nõ idẽ, sed alterum, nã sumit qd quid erat eẽ mali ad syllogizandum qd qd erat eẽ boni, & ita qd quæritur nõ sumitur: vt cõcessum. E

Expõ Simp.

Respondet in omni demonstratione p̄dicatum eẽ de subiecto, verũ in demonstratione p̄dicati de subiecto non debet sumi ipsum p̄dicatum neq; aliquid, cuius scilicet p̄dicato eadẽ ratio ẽ, & conuertibile cum p̄dicato. Modo licet in offensione definitionis boni non sumatur definitio boni, sumitur definitio boni: sumitur definitio mali, p medio, cuius cum definitione boni eadẽ ẽ ratio: & reciproca, quoniam ita se habet ratio mali ad malum: vt rõ boni ad bonum: & sicut ratio boni de bono p rationẽ mali demonstrari potest: ita contra mali de malo p rõnem boni. Inquit. Etenim in demõstrationibus omnibus est hoc p̄dicatum de hoc subiecto: sed qd pro medio sumitur non est ipsum prædicatum: neq; ẽ id, cuius cum p̄dicato ẽ eadẽ ratio: & conuertitur cum prædicato. hoc ẽ F
neq; ẽ aliquod conuertibile cum p̄dicato, cuius cum p̄dicato ẽ eadem rõ: modo sic est in tali syllogismo, in quo p̄dicatum quod est definitio boni de subiecto, quod est bonum ostenditur. Nam licet nõ sumatur pro medio ipsamet boni definitio: sumitur mali definitio: Quæ eodẽ modo se habet ad malum: vt definitio boni ad bonum, & est quid conuertibile & reciprocum: cum alterum per alterum: mutuo syllogizari possit hoc pacto (vt mihi videtur) Simplicius intellexit hunc locum. Philoponus vero aliter textum intelligit: Nam in omni demonstratione sumitur quod quid erat esse: Ergo in omni demonstratione sumitur definitio vt concessum: & ita petitur. ¶ Respondet hoc non esse incõueniens: quia sumitur qd quid est esse subiecti, ad demonstrandum p̄dicatum de subiecto: & sic non est idem quæsitum & concessum, Quærimus enim risibile de homine: sumimus vt concessum animal rationale de homine. Modo hæc non idem sunt: Al- G
terum.n. est risibile prædicatum quod quæritur de homine subiecto: & Alterũ definitio hominis: quæ vt cõcessa sumitur. Inquit. Accipit autem ad demonstrandum p̄dicatum de subiecto ipse demonstrans qd quid erat esse terminum medium. Alterum tamẽ sit ab eo p̄dicato: qd quærebat. Etenim: (vt inquit) vt demõstrationibus omnibus est hoc p̄dicatum, uidelicet risibile de hoc subiecto, scilicet de homine, sed mediũ qd sumitur, non est ipsummet p̄dicatum: neq; aliquid qd & cum prædicato conuertitur: & cuius cum p̄dicato ẽ eadem ratio: idest idẽ ratione. Quasi dicat medium in demonstrationibus non esse ipsummet p̄dicatum, nec definitionem conuertibilẽ cum p̄dicato, Sed definitionem subiecti cum subiecto cõuertibilẽ: & ita qd quæritur non sumit, vt cõcessum. ¶ Quo vero ad verba atinet: Dixit & conuertitur: quia (vt dicit H
Philoponus) aliquid põt esse idẽ ratione alicui non cõuertibilẽ, vt substantia animata sensitiua idem est homini, nõ tñ cum homine cõuertitur: sed cũ animali. ¶ Ex his sequitur definitionem subiecti esse medium in demonstratione: non autem definitionem prædicati: Alioquin in demonstratione sumeretur, vt concessum, quod quæritur: Verum de his postea. Arbitror autem expositionẽ Simplicij magis ad mentem Aristotelis esse.

Expõ. Philop.

Verborũ expositio.

An definitio subiecti medium sit in demonstratione.

¶ *Ad utrosq; aũt, quorum alter diuisione, alter tali rõcinatione ostẽdit, eadẽ ẽ dubitatio, cur hõ simul animal bipes gressibile, sed nõ aĩal seorsum, & bipes erit seorsum. Nulla naq; necessitas cogit ut ex his q̃ sumuntur unum efficitur qd prædicetur, sed erit forsitan perinde atq; idem homo & musicus est & grãmaticus.*

I ☞ *Ad utrosq; autem & secundum diuisionem demonstrantem, & ad sic syllogizantem est eadem dubitatio: propter quid est homo animal greßibile Bipes: sed non animal & Bipes: ex acceptis .n. nulla neceßitas est unum fieri: quod prædicatur: sed utiq; sicut idem homo erit & Musicus: & grammaticus.*

Com.46. ☞ Nunc vero quadã cõi ratione refellit & eum: qui p diuisionẽ enititur ,pbare definitionem de definito, & eum, qui ex suppositione definitionis contrarij etiã intẽtat de definito ,pbare definitionẽ, et ,pponit hoc: & inquit. ☞ Ad vtrosq; aũt expositiue: & ad eum: q secundũ diuisionem demõstrat definitionem, & ad sic syllogizantẽ .s. ex suppõne definitionis contrarij ẽ eadẽ dubitatio: hoc est idem argumẽtum: quo refellitur vtraq; põ. Deinde exponit illam: verũ solum de oñdente definitionẽ p diuisionẽ: relinquit tñ nobis exponere: qũo eadem rõ facit cõtra eum, qui ex suppõne definitionis contrarij enititur ,pbare definitionem de definito. ☞ Ad diuidentẽ ergo sup. dubitauerit qspiã: & vt exponit Philoponus, pp quid totũ cõpositũ ex tot differentijs hominis est definitio hominis, & nõ vnaquęq; ipsarũ seorsum (vt animal seorsum) & gressibile seorsum, nõ .n. diuidens hæc omnia simul concludet: sed seorsum animal, seorsum gressibile: seorsum et Bipes. Ex acceptis .n. hoc est quantum est ex ipsa diuisionis natura nulla necessitas est vnum fieri, qd prædicatur, idest nulla necessitate concluditur totã illã cõpositionẽ definitionẽ esse hominis & nõ vnũquodq; seorsum. ☞ Sed hæc expositio non vr̃ cõueniẽs: Dicet .n. aduersarius vna diuisione non cõcludit illud totum: sed pluribus diuisionibus: quia vna cõcludetur hominẽ esse animal: alia hominem eẽ gressibile, alia vero hominem esse Bipes: omnibus vero concluditur tota cõpositio: qm̃ si hõ est animal: & gressibile: & Bipes: erit hõ aĩal gressibile Bipes. ☞ Propterea aliter expõit Philoponus: pp qd (ut inqt) Est hõ animal gressibile Bipes p̃ponendo gressibile ante Bipes: sed non animal & Bipes p̃ponendo Bipes ante gressibile: nã ex diuisionis natura habetur q̃ differentia Prima, quæue Secunda esse debeat: etiam dato q nihil derelinquat, nec transitũ faciat. Simili rõne ex diuisionis natura nec ordo patet. Hęc secunda expõ bona est: verũ põt vrbis textus omnibus accõmodari. ☞ Propterea saluo sp meliori iuditio aliter dicerẽ: Vbi debes scire diuisionẽ quantũ est ex ipsius natura nõ magis concludit vnũ prædicatum copulatum atq; cõpositũ: q̃ vnũ p̃dicatum simplex sine copulatione: ex natura .n. diuisionis non magis concluditur q hõ sit animal gressibile, Bipes sine copulatione: q̃ q hõ sit animal: & gressibile & Bipes cũ copulatione seorsum assumpta, nam vbi concluderet diuisio p̃dicatum sine copulatione simplex concluderet p̃dicatum: Vbi concluderet cũ copulatione: concluderet cõpositũ, inqt. ☞ Dubitauerit .n. qspiã ,ppter qd est hõ animal gressibile Bipes sine copulatione: sed non animal & Bipes cum copulatione, Ex acceptis .n. quantum est ex natura diuisionis nulla necessitas est vnũ fieri .s. absq; copulatione, qd p̃dicatur de ipso definito: sed vtiq; fit ex acceptis sicut idẽ homo erit & Musicus & grãmaticus cum copulatione. ☞ Debes ergo scire ex ipsius diuisionis natura non magis concludi vnum prædicatum abiunctum, q̃ copulatum, p diuisionem .n. non magis hẽtur q hõ sit animal gressibile Bipes q̃ hõ sit animal: & gressibile, & Bipes. Præterea ex diuisionis natura non habetur ordo partiũ, nõ .n. magis habetur vt genus primo loco: dr̃ia secundo ponaſ, q̃ contra. Non .n. magis habetur vt hõ sit animal gressibile Bipes, q̃ vt hõ sit gressibile Bipes animal, vel Bipes gressibile animal. Præterea ex diuisionis natura non habetur cur tot differentiæ sint ponendæ, & nõ plures, aut pauciores. vt cur homo est animal gressibile Bipes: & nõ animal Bipes, immo ex diuisionis natura omnes differẽtiæ deberent addi. Hæc cõtra diuidentẽ, subticuit autẽ declarare cur hæc dubitatio accidat ei: qui ,pbat definitionem de definito ex suppõne definitionis contrarij, qm̃ per se patet: Si .n. diuisibile est mali definitio: statim habetur definitionem boni esse indiuisibile, ergo quantum, est ex suppõne non habetur q prædicatũ debeat esse copulatum: vł abiunctum, immo ex ipsius suppõnis natura nec simplicitas habetur: potissimum vbi plura contraria fuerint, nec ordo, nec numerus partium.

Com.46.: Marginal notes (left column): K — Prima expõ Philopo. — Refutatio. — Secunda phi. expositio. — L — Qualis ex põ Propria expõ. — M — Non de natura diuisionis.

O ☞ *Hæc aũt ita sint quonã pacto is qui diffinit substantiã, & ipsum quid est ostendet rei differendæ, neq; .n. ut is quid demõstrat ex hisce quæ cõceduntur notũ faciet ipsum, ut cũ illa sint necessario aliquid aliud sit. Hæc .n. est demõstratio, neq; etiã ut is qui p singulã nota inducit uniuersa. Ex eo sic se habere, quia nihil singulorũ sese aliter habet. Nõ .n. qd est, sed eẽ, aut nõ esse ostendit. Quis igr̃ alius modus restat. Non .n. sẽsu uel digito demr̃abitur. ☞ Qualiter igitur diffiniẽs demonstrabit substantiã, aut qd quid est, Neq; .n. sicut demõstrans ex certis. Manifestũ eẽ faciet, q necesse est cũ sint, illa alterum aliquid esse, demõstratio .n. hoc est. Neq; sicut inducẽs per singularia, cũ manifesta sint, quoniã omne sic est, eo q nihil aliter est. Non enim quid est demonstrat, sed quoniam est, aut non est. Quis igitur est alius modus reliquus, Non enim demonstrabit sensu aut digito.*

☞ In præsenti textu Aristo. quasi epylogando ostendit, q non est poẽ demonstrationẽ ostendere: neq; p demõstrationẽ sine syllogismum: neq; p inductionem: neq; p sensum & hoc ,pponit: & inquit. ☞ Qualiter igitur definiens demonstrabit: hoc est ostendet Substãtiam, aut qd quid est supple de ipso definito. Et per substantiam, vt inquit Philoponus intelligit naturalem definitionem, p qd quid est, intelligit formalem: nam Aristo. duplicem naturam nouit materiã .s. & formam: ideo duæ sunt definitiones. Altera materialis: Altera formalis. Deinde ,pbat hãc conclusionem, definiens non demostrat definitionem de definito, neq; syllogizat, ,pbatur demõstrans, & syllogizans quibusdam concessis notũ facit, qd p ipsam de necessitate ostenditur. Definiens non facit notum quibusdã cõcessis: ergo definiens non demonstrat: neq; syllogizat: inquit. Triplici existente ostensione: aut demonstratiua, aut inductiua, aut sensitiua: neq; vt demonstrans notum faciet .s. definitionem de definito. Dico vt demostrãs ex certis .s. concessis ,ppositionibus) atq; firmis ex se fidem habẽtibus, vt q necesse sit illis existentibus: idest talibus ,ppositionibus sumptis alterum quid esse, idest talẽ conclusionem esse. Demonstrationis .n. hoc est proprium dico .s. sumere tales ,ppositiones: & ex talibus ,ppositionibus talem concludere conclusionem. Secundo ,pbat q definiens non inducit definitionem de definito: ,pbat primo inducens per singularia manifeste existentia vniuersale confirmat. Definiens vero non sic ostendit: ergo definiẽs non inducit: inquit. Neq; rursus põt quis ostendere definitionem sicut inducens per singularia, cum manifesta sint: qui supple inducit: qm̃ omne sic est, idest, qui inducit vniuersale eo q nihil aliter est, vt qm̃ hic hõ currit, & ille, & nullus ẽ quin ille currat: ergo omnis hõ currit: vel

Marginal notes (right column): Com.47. — P — Q

A vel legẽ sic: Neq; sicut inducens supple põt ostẽdere definitionem:idest vtẽs inductione ostẽdit p singularia nota existentia, vt q̃ omne animal inferiorẽ mandibulã mouet, eo q̃ nihil aliter est, idest eo q̃ nullum ẽ animal aliter se habens:hoc est q̃d non moueat mandibulã inferiorem:Secundo hoc idẽ ꝓbat:quia inducẽs demonstrat eẽ: aut nõ esse, definiẽs vero neq; esse, neq; nõ eẽ demõstrat, ergo definiens non inducit, inquit sup. definiẽs nõ inducit:non.n.quid est demõstrat:sed esse vel nõ esse: idest affirmationẽ:vel negationẽ, Vel intellige sic, non.n. quid ẽ demonstrat ipse inducẽs hoc est determinate quid est sed q̃m est, vel non ẽ indifferẽter: Qui.n. inducit non oñdit determinate quid ẽ:sed indifferẽter negationẽ & affirmationẽ:cum inductio cõmunis Via sit & negationi & affirmationi:at definitio ꝓpria est Via ipsius quid ẽ. Vel lege sic secundũ Philoponum:Inducẽs.n. non ostẽdit quid est idẽ naturã rei, sed q̃ res inest, aut nõ inẽ:definitio vero est natura & formã rei, q̃m ergo neq; p demõstrationẽ:neq; p inductionẽ põt quis ostẽdere definitionẽ:Ideo quærit, qs igitur ẽ alius modus reliquus: nunqd qui p sensum: Respõdet hoc eẽ impoſle:& inquit. Nõ.n.demõstrabit sensu:aut digito:non sensu quidem:q̃m definitũ & definitio non sunt sensibilia, Sunt.n. vlia:neq; digito:qa nõ syllogismo expositorio vel resolutorio:qui digito fit, cũ fiat hoc pacto hoc ẽ definitio hominis:& hoc est animal Bipes, ergo animal Bipes est definitio hominis, Hoc.n. pacto definitio syllogizari non põt: cũ digito monstrari neqt. Philoponus vero dicit digitũ eẽ instrumẽtũ eius offensionis, quæ p visum. Propterea dixit. Nõ.n. demõstrabit aut sensu aut digito:ad significandũ p sensum intelligere visum:cæteri.n.sensus p digitũ non demõstrant

B

Quomodo syll's expositorius vel resolutorius mõstretur digito.

C

Digressio Prima dubitatio.

¶ Sed circa ea:q̃ dicta sunt dubitabis Primo: quia Arist. sexto Topicorũ docuit terminare definitionẽ de definito p definitionẽ definitionis, hic aũt asserit totũ cõtrariũ. ¶ Iuniores dixerunt trifariã quæri posse definitionẽ de definito aut secũdum substãtiam:atq; rẽ: vt vtrũ animal rõnale insit homini, aut secundum intentionẽ, vt vtrũ animal rõnale sit definitio hominis:aut secũdum substãtiã, et intentionẽ, vt vtrũ hõ sit animal rõnale in eo q̃d est. Dixerũt igitur Aristotelẽ sexto topicorũ voluisse definitionẽ de definito probari posse Primo atq; Secundo mõ: hic aũt loquitur Tertia mõ. ¶ Sed pace horum dixerim quouis mõ definitio de definito demõstretur, petitur id:q̃d in principio quærebatur, saltẽ secũdum aliquã speciẽ. Propterea vr̃ mihi Aristote. sexto Topico. voluisse definitionem definitionis vtilẽ esse ad terminãdum definitionẽ de definito ꝓblematice, nõ aũt scientifice:Insuper dixit esse vtilẽ ad terminãdum definitionem de definito huic vel illi, nõ autem simpliciter. ¶ Secũdo dubitabis, quia Arist. sexto etiã Topicorũ docuit: terminare definitionẽ vnius cõtrarij p definitionem alterius:hic aũt oppositum asserit. ¶ Dicẽdum ibi loqui ꝓblematice, & huic vel illi: hic aũt loquitur scientifice, & simpliciter. ¶ Debes scire q̃ Arist. reliquit hic locum ab alijs oppositis priuatiuis: vel relatiuis:vel contradictorijs: quoniã contraria vtraq; habent esse in rerum natura:cætera nõ habẽt esse in rerum natura:sed alterũ. Reliquit exẽplũ: quia videlicet habet inductionis, reliquit Enthymema, quia habet vim syllogismi.

Rñ. Iuniorũ Definitio de definito trifariam quæri potest.

Cõfutatio.

Propria solutio.

D

secũda dubitatio. Cap. 4.

Solutio.

Notandũ.

¶ Præterea quonã pacto ipsum quid ẽ ostẽdet. Necesse .n. eũ qui scit, quid est hõ, aut aliud quoduis, & esse etiã scire. Id.n. quod non est in ratione, nemo scit unq̃ quid est, sed quidnã oratio uel nomen significat, cum dico hippocentaurus bene percipimus. Fieri uero nequit ut sciamus quid hippocentaurus est. E

¶ Amplius quomodo modo strabit quid est hõ, necesse est.n. scientẽ quid ẽ hõ:aut aliud quodcũq;:scire & quia est Nõ ens.n. nullus scit quid ẽ: Sed quid quidẽ significat oratio, aut nomẽ, cũ dico Tragelaphus, quid autẽ est Tragelaphus impoßibile est scire. Tex.7.

¶ Repetit quæ dixit, & ostendit p cõmunes quasdã rationes ipsum quid est demonstrari non posse de definito, & Primo repetit ꝓblema:& inquit. ¶ Amplius quomodo aliquis ostẽdet quid ẽ homo:vl' quoduis aliud id genus, hoc ẽ ꝓblema, Pro solõne vero p̃mittit quoddam: q̃d necessarium atq; vtile videtur (vt Themistio placet) ad solõnẽ ꝓblematis:& p̃missum est:nihil sciri posse q̃d ipsum est, nisi p̃cognoscatur quia est, hoc est ipsum esse: nam (ut Philoponus inquit) Necesse est cognoscẽtẽ naturam hominis alterius cuiusuis rei habere p̃cognitam atq; p̃sumptam ipsius existentiam, dico quid ipsum est: quia non est necessarium ad scire quid oratio aut nomẽ significat, scire ipsum esse. Inquit. Necesse est .n. scientem quid est homo, aut aliud quodcũq; scire & quia homo ẽ, hoc est scire hominem esse, ꝓbat hoc (cum inquit) Non ens n. nullus scit quid est:non.n.scimus quid est Hyppocentaurus: Sed bene scire potest cum dico Tragelaphus, q̃d significat oratio vel nomẽ Tragelaphus:non sciẽdo Tragelaphũ esse, possumus.n.scire hoc nomen Tragelaphus significare. Hircum & Ceruum, hoc est quoddã animal, q̃d est simul Hircus & Ceruus:dato q̃ non p̃sciamus tale animal esse. Quid autem Tragelaphus sit:impossibile ẽ scire:nisi p̃sciamus ipsum esse. Ex his patet ꝓsuppositum: ex quo vlterius patet:quæ sunt definitiones non entiũ: nam (vt Philoponus inquit) Quid nomen aut oratio significat:est definiti non entium. Quæ vero significat naturam & existentiam, est definitio entium. Com.48. F

¶ At uero si quid est, ostenderit, & esse quoq; ostendet. Et quonã modo ratione eadem ostendet. Nam unum quiddam diffinitio ipsa declarat. Et demonstratio etiam unum. Quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sane, non eadem sunt. G

¶ At uero si demonstrabit quid est, & quia est, & qualiter est, eadem ratione demonstrabit, quando definitio unum aliquid, & demonstratio Quid autem est homo, & hominem esse aliud est.

¶ Proposito problemate: & suppositione: exequitur & probat ipsum quid est non posse de ipso definito demõstrari:& (vt mihi vr̃) supponit ipsum quia ẽ: siue ipsum si est:siue ipsum esse rei:quæ definitur: demonstratione ostendi:Diximus.n.superius questionẽ si est:terminari demonstratione, licet Hypothetica:quare bene supponit ipsum esse demonstratione ostendi:hoc itaq; p̃misso:argumentatur. Si aliquis demonstrabit quid est, vtpote quid homo est, cum hominem esse non nisi demonstratione ostendatur:eadem ratione, qua quidest homo, ostendet: & quia est:& qualiter est, hoc est & hominem esse ostẽdetur:nam demonstratione ostendetur quidest homo p aduersarium & demonstratione ostendetur hominem eẽ secundum veritatem, quare vtruq; ostendetur eadem ratione:quæ est demonstratio:& si non eodem tẽpore, nã licet diuersis tẽporibus: tamen eadem specie rationis: vtpote demonstratione ostẽdetur vtrunq;. Destruit autem consequens:& inquit sup. Sed hoc est falsum, quia definitio vnum quoddam & demonstratio vnum aliud declarat:nam demonstratio declarat esse:& definitio quid est: quid autem est homo:& hominem esse aliud est. Et per Com.49. H

I qualiter est:quod graece est τι;, quid est intelligit: vnde sensus ē:si aliquid demr̃one quid est ōndet:eadē rationis specie vtpote demr̃one ostendet rem esse terminãdo qōnem si ē,& quid ipsa res sit:terminando qōnē quid ē, & ita eadē rōnis specie quia ē: & qualiter id ē & quid est res ōndet,cuius hypotheticæ:cũ consequens sit falsum: erit & antecedens falsum. ℞ Philoponus autē hũc locũ nō intellexit,nã sic cōponit hypotheticam:si quid ē demr̃one ōndet quispiã:simul ōndet eadem via quia ē, & quid ē: Non.n.video quõ eadem via simul illa ostēdi sequitur. Semp.n.aduersarius negabit consequẽtiã:Dicet.n.bene illa demonstrari eadem rationis specie:non tamen simul: semper.n.ipsum si est prius est ipso quid est.

Philopo. expositio.

℞ Deinde etiam dicimus omne quoduis nisi sit substantia necessario per demonstrationem esse ostendi. Esse uero rei, nullius est ut patet substantia. Id enim quod est, non est genus. Demonstratio igitur, idest quo quidpiam ostenditur esse.

K

℞ Postea & p demõstrationẽ dicimus necessariũ esse demõstrare omne quia est:nisi substantia sit: Esse aũt nulli est substantia: Non.n.est genus ens:demonstratio itaq; erit ipsius quia est.

Com. 50. ℞ Hic(vt Philopono placet) Aristo.soluit instantiã nam esse demonstratur:vt dictũ ē:esse est natura rei:natura rei est definitio rei,ergo a primo ad vltimũ:si eē demõstraт: definitio rei demonstraт.Soluit Aristo. ipsum esse posse accipi ꝓ rei substantia atq; essentia:& posse accipi ꝓ ipso quia ē,siue ꝓ ipso esse,qđ quæritur in quæstione si ē; qđ Philoponus existentiam rei appellat:dicit ergo eē ꝓ substantia bene esse rei naturam atq; definitionem: nõ autem esse pro eo,qđ in quæstione si est quæritur.Inquit. ℞ Postea & per demonstrationem dicimus eē necessariũ vt demonstretur omne quia ē:id ē quoduis esse, nisi rei substantia sit,at esse:qđ in quæstione si est:quæritur,nulli est substantia:hoc est essentia:vel pars essentiæ: & sic licet demonstretur esse:definitio non demonstrabitur: qm̃ esse,qđ demonstratur:ē esse:qđ in quæstione si est, quæritur:& non eē acceptum ꝓ substantia,atq; essentia.Et dixit p demonstrationem ōndi omne quia ē: nam demonstratur quia ē simplex:qđ quæritur in qōne si ē: & quia est cōpositum:qđ quærit in qōne cōposita. Et dicit Philoponus Aristo.dixisse nisi fuerit substantia: quia aliqñ quia ē concidit cũ substantia, vtpote qñ quis diceret hæc definitio ē huius rei:nam cum sic diceret, quia ē esse substantia. ℞ Sed vr̃ mihi hęc consideratio nõ necessaria,nam satis Aris.explicauit quando quia ē: demõstrabile & qñ non,Dixit.n.tunc demonstrari,quando non ē rei substantia,& hoc satis est. ℞ Sed dices ens ē genus: & ens ab esse sumitur,ergo esse est genus sed genus ē substantia, vel saltem pars substantiæ,ergo esse ē substantia: vel pars substantiæ. ℞ Respondet:non enim ens ē genus: & ita negatur antecedens,quia ens nec genus est:nec differẽtia: nec definitio:quia(vt Philoponus inquit) Ens est æquiuoce dictum:quare nec substantia erit,nec substantiæ pars.Ex his concludit recte esse dictum demonstrationem eē ipsius quia ē,& non ipsius quid est, nam demonstratione ostenditur rem esse,non autē quid res ipsa sit,& nõ modo rem esse demonstratione ostenditur: sed ipsam esse talem vel talem, & propter quid talis est vel talis nunquã tamen demonstratione ostenditur quid res sit.

L

Considератio Phi.

Qualis cō sideratio.

M

℞ Quod quidem etiam tunc ipse scientiæ faciunt Geometra nãq; quid significat quidem triangulus sumpsit. Esse autem ipsum demonstrat. Quo modo igitur ostendet ipse diffiniens quid est triangulus. Sciens ergo quispiam diffinitione quidpiam quid:est si sit illud nesciet. At nunquam fieri potest.

N

℞ Quod quidem & nunc faciunt scientiæ: quid enim significat triangulus accipit geometra. quia autem est:demonstrat: quid igitur monstrabit definiens quid est, an triangulus, sciens itaq; aliquis definitione quid est, si est nesciet: sed impossibile est.

℞ Quæ dixerat, Nunc ꝓbat obseruatione scientiarum, quæ demonstratione ostendunt quia est,siue rē esse: definitione vero ostendunt quid res est Geometra.n.definitione ostendit non hoc totum triangulus est, Sed solum triangulum incomplexe sumptum:demonstratione, vero ostendit, quia triangulus est:vel triangulũ esse. ℞ Sed pro verborum expositione debes scire triangulum accipi posse pro subiecto: de quo demonstrabilis est angulorũ ęqualitas:& pro quæsito siue passione, quæ est demonstrabilis de alio, vt de data linea: vt in illo problemate. Supra datam lineam contingit æquilaterum triangulum collocare,hic.n. triangulus erit vt passio & quæsitũ.Ideo hęc verba Philoponus dupliciter exponit. Vno modo vt triangulus pro subiecto sumitur: Alio modo, vt triangulus sumitur pro quæsito, Iuxta primum modum lege sic.q.d.quod quidem id est aliud definire, aliud demonstrare & nunc faciunt sciẽtiæ: & ponit exemplum in Geometria,& inquit.Quid.n.significat triãgulus sum & Geometra per eam definitionem: quæ est figura plana tribus lineis contenta:& non demonstrat:ꝙ vero habeat tres angulos ęquales duobus rectis:ostendit:per demonstrationem & ita quia est demonstrat, quid vero est definitio ostendit. Et in hac expositione Philoponus accepit quia est in quæstione composita:Aristo.vero superius accepit quia est pro si est in ipsa simplici quæstione. Non tamē refert,quoniã quia est reducitur ad si est:vt diximus.Sed quia non loquitur Aris.in definitione qd est: sed in definitione quid nomē significat:Ideo Philop. aliter exponit sumendo triangulum vt quæsitũ. ℞ Vbi debes scire in demonstratione esse concessum & quæsitũ:Concessum q dē est subiectũ:quæsitũ vero est prædicatũ siue passio, de subiecto igitur præcognoscimus:quia est: & quid significat:de q̃sito vero qd significat p̃cognoscimus: quia est autē q̃rimus atq; demonstramus. Tũc lege sic. Quid n.significat triangulus vt p̃cognitũ sumit Geometra & ñ demõstrat.Nã in illo ꝓblemate supra datã lineã cōtingit triangulũ æquilaterũ collocare:qd triangulus significat, sumit.Quod autem sit,ostendit, quãdo vt quæsitũ hoc sumit:vt si quærat si est super datã lineã triangulum æquilaterum collocare,& ita triãgulũ esse demonstrat. ℞ Vbi animaduerte in quæsito idem esse quia est & si est: & ipsum esse:& alteri inesse, Propterea bene dictum est scientias illud facere,quia esse demonstrat, quidnam est: aut quid significat definitione ostendunt. Propterea quasi interrogando concludit:quid igitur monstrabit siue ostendet ipsa definitione ipse definiens:quid est,an triangulũ: certũ est ꝙ sic:definitione.n.ostendit incomplexum illud triangulum quid sit,demonstratione vero demonstrabit ipsum esse,vel in quæstione illa:qua quæritur:si triangulus habeat tres angulos:vel in illa:super datam lineã: vel aliter & melius:qui igitur monstrabit qui definit:quid est ne triangulus? hoc est dicere, Vtrum definiens triangulum, demonstratione ostendet quid sit triangulus? Contra obijcit & quasi dicat: Si ita fuerit: igitur sciens definitione quid est triangulus, nesciet si est:

Com.51.

Verborũ expositio triangulus & p subto & ꝓ passione accipi potest.

O

Duplex expō Ph.

P

Prima

Secunda

Notabile.

Q

potest

A potest.n.demõstratione scire qd est:& nescire si sit,& hoc sequr si demõstratione qd est scire potest,modo hoc est impõle.& contra primã suppõnẽ,quæ fuit nihil posse sciri est:nisi sciatur si est:vel ipsum esse:Debes scire: ꝙ si qd est alicuius rei demrõne sciri põt,non egemus præcognitione quia est, vt iuuans est ad cognitionẽ quid est quia demonstratio erit polles ꝑ sciẽtia illius rei qd est:Propterea recte argumẽtatur Aris.si definiẽs scit demrõne qd ẽ, scietqd est:ignorato qa ẽ:qđ est cõtra suppõnẽ. Quo vero ad verba attinet, Verbũ illud an cũ dicit an triangulus græce est ", Verũ qa ita in græco multis modis potest & accentuari & proferri,Ideo Philoponus diuersimode verbum illud legit:Nos vero exerpsimus veriorem sensum: Ideo non oportet immorari.

Verborũ expositio.

Patet autem per ipsos etiam diffinitionem,quæ nunc aßignantur
B *modos eos qui diffiniunt non ostendere esse, Nam & si est medio quid æquale,tamen cur est ipsum diffinitum. Et propter qđ hoc circulus est quæretur. Poterit.n.illud dicere quispiam diffinitionem orichalci etiam esse.*

Manifestum est autem & secundum nunc modos terminorum ꝙ non monstrant definientes quia est, nam & si est ex medio æquale quid,tamen propter quid est quod definitur, & propter quid est hoc circulus,non apparet. Esset enim & Orichalci utiq; dicere esse ipsum.

Nõ apparet Verbũ suppletũ qđ linea inter præris.

Thomas exponit ꝙ Aris.per excẽpla earũ definitionũ, quæ nunc assignantur.ostendat ꝙ qui definit aliquã rẽ: nõ demonstret quia res illa sit. Et videtur hæc expõ verbis primis satis bene cõuenire:Iuxta vero Philop. Simplicij atq; Themistij interpræratiõnẽ debes scire,non nullos voluisse definitionẽ non esse syllogizandã de definito ,quia ipsa seipsa,atq; qua definitio est,Patet esse quod quid est de definito:& ꝑpter quid est de definito in eo ꝙ
C quid est.Cũ.n.dicitur circulus est figura a cuius cẽtro ad circũferentiã omnes lineæ ductæ sunt æquales, Volunt hanc definitionẽ ex suipsius natura de ipso circulo patere qa sit illius vt quid est:& ꝑpter quid vt quid est,est illius:Ideo nõ põt vt quid est de suo definito ostendi Syllogismo:aut demõstratione,cũ esse vt quid est: suapte natura pateat. Contra ergo hos obijcit Aris.& ostendit ꝑ definitiones:quæ nunc solẽt assignari nõ apparere illas eẽ: vt qd est de definitis:nec apparere cãm quare sunt vt qd est de suis definitis:& notanter dixit ꝑ definitiones quæ sunt nũc:quia posset dici esse alias definitiones: quæ nr̃is tpibus nõ patẽt:quæ tñ fuerunt notæ illis:Inquit.Manifestũ autẽ est,& secundũ terminorũ hoc est definitionũ modos,qui nũc sunt nostris tpibus: & qbus cõsueuimus vti
D ꝙ definientes non ostẽdunt qa est.s.definitio de definito, vt quid est:neq; ostendũt ꝑpter quid est definitio de definito:vt quid est.Supple ex sola definitionũ natura, & probat exẽplo definitionis circuli: & inquit. Nam & si circulus est aliquod æquale ex medio vtpote figura plana e cuius cẽtro medio ad circunferẽtiã omnes lineæ ductæ sunt æquales:tamẽ propter quid est quod definitur: hoc est ꝑpter quid circulus sit hoc:vtpote figura plana e cuius medio omnes lineæ ductæ æquales sunt, vel ꝙ circulus sit illud,ex definitionis illius vi atq; natura non apparet: Verbũ.n.non apparet supplendũ est:vt dicit Philoponus.Esset.n.quantũ est ex parte illius definitionis posset quispiam dicere illã esse definitionẽ alterius rei.s.figmẽti.vel cuiusuis,vtpote Mõtis Erei:q græce dr̃ Orichalcos: Nõ.n.vi illius apparet ipsam esse magis circuli ꝙ Orical-

Com. 52. expositio Tho. Phi.Simplicii & Th. expõ

ci:cũ vi sua nõ dicat se esse:vel nõ esse circuli:& ita vi sua nõ magis habemus ipam esse circuli:ꝙ Orichalci.Propterea inqt.Tamẽ ꝑpter qd est qđ definit̃ .s. circulus figura & reliqua:& ꝑpter qd est hoc circulus.s. figura & reliq: vel ꝙ circulus sit figura & reliqua:ex definitionis vi non apparet,immo ipsum esse idest ipsam circuli rõnem esset hoc est posset quispiã dicere ipsius Orichalci,cũ nulla vis ex ipsa apparet:vt sit magis circuli,ꝙ Orichalci,cũ ex vi sua non se esse illius asserat. E

Neq;.n.id esse posse qđ dicitur,ipse definitiones insuper faciũt manifestum.Neq; illud & non aliud esse cuius inquiunt diffinitionem esse,sed propter quid semper dicere licet.

Neq;.n.quia poßibile sit esse,quod dicitur, aßignant termini, neq; quia illud est,cuius dicunt esse definitionem:sed semper licet dicere propter quid.

Com. 53.

Posset adhuc quis dicere definitionẽ non asserere se esse definiti vt quid est:Sed dicere ex sua vi se esse definiti vel F posse esse definiti:Obijcit cõtra definitionẽ ex sua vi non dicere se esse definiti:vel posse esse:nec dicere cãm:cur possit esse:aut sit definiti:nã postꝙ assignata est: licet quærere an definitio illius,cuius assignabat̃ sit, & ꝑpter qd illius est,Inquit. Neq;.n.etiã qa possibile sit id esse definitũ,quod dicit̃ esse suã definitionẽ,termini atq; definitiões ex suis naturis assignãt,neq; ꝙ illud sit id:cuius dicunt eẽ definitionẽ:sed sp definitionibus assignatis licet dicere pp quid definitio sit illius:cuius assignatur,& an illius sit.Patet ergo definitionem non qua definitio est: se asserere esse definiti:vel propter quid sit definiti dicere.

Si igitur is qui diffinit,aut quid est ostendit, aut quid ipsum nomen significat.Si diffinitio nullo pacto est ipsius quid est,erit ipsa ꝑfecto oratio idẽ qđ nomen significans.At hoc absurdũ ẽ sane.

Si ergo definiens monstrabit aut quid est,aut quid significat nomen,si nullo modo est eius quid est, erit utiq; ratio nomini idem significans:Sed est inconueniens. G

Si, Vel Sed.

Philoponus legit hunc textum:sic: Vtrum definitio sit rei acquisitiua, vult Arist. respondere ad hãc quæstionẽ hoc pacto. Si ergo duorum alterum definiens demonstrabit.s.aut quid est:id est naturam rei:aut quid significat nomen hoc est significationem nomini conuenientem, Si nullo modo definitio est ipsius quid est: id est si non sit acquisitiua rei:erit vtiq; definitio ratio nomini idẽ significans:hoc est eiusdem potentiæ cum nomine:sed hoc est inconueniẽs.s.definitionem significare idẽ cũ nomine. Vbi patet Philoponum legere ",pro si quia dicit.Si nullo modo & reliqua:hoc pacto exponit Simplicius:Dicit .n. si definiens monstrabit aut quid est: aut quid significat nomen:Si definitio nullo modo est sup. ostensiua quid rei, definitio erit oratio significans idem quod nomen : hæc Simplicius.Alij non imperiti exponunt, Si ergo is qui definit demonstrat:aut demonstrat quid est res,aut quid significat nomen. Sed nullo modo definiens demonstrat quid est res:ergo demonstrabit quid nomen significat,q̃re definitio erit oratio significans idem,quod nomẽ: Qđ quidẽ absurdũ est:& tunc iuxta hanc expõnẽ Arist. nõ soluit qõnẽ,sed probat eũ:qui definit,non demõstrare. H

Com.54. expõ Phi.

Expõ aliquorũ.

Refutatio.

Primo nãq; & non substantiarum, & eorum quæ nõ sunt in ratione rerum erit utiq; diffinitio.Nam & ea quæ non sunt significare nomine licet.Deinde omnes orationes diffinitiones erũt sine discrimine ullo.Fieri nãq; potest ut cuius orationi nomen ponatur. Quare diffinitionibus disserimus omnes atq; loquemur.Et ilias ipsa diffinitio erit. Prætered nulla scientia demõ-

I *strabit. Hoc nomen hoc indicare ac significare, ergo nec diffinitiones idipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse diffinitionem ratiocinationemq; uidetur. Et insuper neq; diffinitionem demonstrare quidnam sic quicquam, fieriq; non posse, ut ipsum quid est demõstratione diffinitioneue unquã percipiatur: aut cognoscatur. ¶ Primo quidem quia & non substantiarum esset definitio, & eorum, quæ non sunt significare enim est, & quæ non sunt. Amplius omnes orationes definitiones erunt, esset. n. utiq; nomen ponere cuilibet orationi, quare terminis utiq; disputabimus omnes. Et Ilias definitio erit. Amplius nulla scientia demonstrat utiq; quia hoc nomen huius aliquid ostendit. Neq; igitur definitiones hoc aßignant. Ex his igitur neq; definitio & Syllogismus idem uidetur esse: neq; eiusdem definitio, & Syllogismus, Adhuc autẽ q nec definitio aliquid demonstrat, aut monstrat: neq; quid est definitione aut demonstratione cognoscere est.*

K
Com. 55. ¶ Quod vero absurdum sit definitionem esse idem: q̃ significatio nominis: Multifariam probat. ¶ Primo quia tunc definitio esset non substantiarum, vtpote accidentiũ, quoniam horum sunt nomina, quæ possunt illa significare. ¶ Secundo quia definitio esset non entium: quoniam contingit aliqua nomina significare non entia: vt Hippocentaurus: & Chimera & id genus. ¶ Tertio tunc omnes orationes essent definitiones, nam potest imponi nomen cuicq; orationi, & illud nomen significabit idem, quod oratio: quare cum significatio nominis sit definitio: & oratio cui nomen imponitur etiam significat idem quod illud nomen, iure omnes orationes essent definitiones: cũ æquiualeant nominibus in significando. ¶ Quarto si significatio nominis esset definitio, cũ nos disputemus nominum significationibus semper terminis hoc est definitionibus
L disputaremus. ¶ Quinto tunc Ilias: quæ est significatio nominis belli Troiani esset definitio: vel sic: tunc Ilias id est significatio Ilias: quæ est de bello Troiano, esset definitio. ¶ Sexto nulla scientia demonstrat hoc vel illud nomen vel illud significare: definitiones sunt scientia, ergo definitio non demonstrat hoc nomen hoc significa-
Philopo. re. Philoponus vero sic intelligit: nulla sciẽtia demonstrat per hoc quia hoc nomen huius aliquid significat non. n. medium in demonstratione est significatio nominis: at definitio est medium in demonstratione ergo definitio nõ est significatio nominis. Tunc epylogat, & enumerat: quę hucusq; pertractauit: & dicit probatum esse definitionem non esse Syllogismum. Secundo probatum est non esse eiusdem definitionem & Syllogismum. Tertio probatũ est definitionem nihil demonstrare. Vltimo probatum est quod quid est nec definitione nec demonstratione, nec
M diuisione: nec aliis id genus probari posse.

¶ Verum considerandum est rursus: quid istorum bene & quid non bene recteq; dicitur. Et quid est diffinitio: Et utrum aliquo modo sit ipsius quid est demonstratio diffinitione, an nullo sit mõ.

Tex. 8. *¶ Iterum autem speculandum quid horum dicitur bene, & quid non bene: & quid est definitio: & eius quod est nunquid quodãmodo est demonstratio, aut definitio aut nullo modo.*

Com. 56. ¶ Repetit earum considerationum: quas dixit, nonnullas & hoc proponit: cum inquit. ¶ Iterum autem speculandum quid horum pauloante consideratorum dicitur bene: & quid eorum dicitur non bene: & iterum secũdo speculandum est quid est definitio. Et tertio iterum speculãdum est vtrum ipsius quid est: sit aliquo modo demonstratio vel definitio: vel nullo modo. Et vt Philoponus declarat bene dictum est eiusdem eodem respectu nõ esse N
demonstrationem & definitionem, bene etiam dictum est quid ipsa definitio sit, est enim oratio ex iis: quæ ad essentiam pertinent: composita. Bene etiam dictum est definitionem non esse demonstrationem. Bene etiam dictum est ipsius definitionis non esse demonstrationem, neq; syllogismum diuisiuum: neq; Hypotheticum: neq; inductionem. Hic emergit dubitatio, quomodo vult retractare Dubõ.
hæc, & quomodo asserit velle reuidere, quæ non bene dicta sunt: cum omnia bene dicta sint. ¶ Et dicendum vt Solutio.
Auer. innuit Paraphraxi Aristo. proponere velle reuide- Com. 8.
re quæ bene quæ non bene dicta sunt: non q̃ illa non bene dicta sint: sed propter recipientes: qui bene dicta tãq̃ maledicta reciperent. Preterea (vt Themistius innuit) repetit hæc Vt altius eadem pertractet: quasi dicta ruminando. Et per aliquo modo: intelligit aliqua: vt sit sensus, O
Vtrum definitionis sit aliqua demonstratio. & dicet definitionis materialis esse demonstrationem eam, cuius medium est formalis definitio. Et per nullo modo: intelligit vl̃r: vt sit sensus an nulla demonstratio esse potest.

¶ Cum itaq; scire quid est, & scire causam ipsius si est, idem sit. uti diximus: fieri potest, ut quid est ostendatur.

¶ Quoniam (sicut diximus) idem est scire quid est: & scire causam ipsius si est.

¶ Vt Philoponus inquit: Aristo. agreditur Primum. s. Com. 57. expõ phi.
q̃ definitio ostẽdi potest per definitionem. Et vtitur ad huius rei probationem primo his: quæ præostensa sunt. Ostendit enim idem esse quid est, & propter quid est: & q̃ quærens quodqd est: cãm quærit. Nam quod quid ẽ, & definitio est eius: cuius est, & causa. His præsuppositis, P
Argumentatur hoc pacto (vt placet Alexandro: Philopono: & Simplicio) quoniam (vt diximus) scire quid est: id est substantialẽ atq; definitiuam rationẽ rei, & scire causam ipsius si est: id est existentiæ rei: idẽ est: littera est diminuta & deficit consequẽs secundum Alex. Ideo sup. tu Alex.
(vt Alexan. inquit) contingit deinceps fieri demonstrationem definitionis. Antecedens patet ex dictis, quia causa essendi Eclypsim Lunæ est priuatio Luminis in Luna obiectu Terræ: & hoc est Eclypsim esse. Sed quomodo valeat hæc consequentia: idem est scire quid est: & causam existentiæ, ergo definitio demonstrari potest per definitionem: licet superius sit declaratum. Adhuc declaratur, nam existentia demonstrari potest de aliqua re, quæ non scitur an sit: veluti de Diis: & quidem per definitionem: vt nunc supponatur ex his: quæ diximus. Definitio est rei existentis: quia idem est scire quid est: & causam ipsius si est: ergo definitio per alteram definitionem demon- Q
strari potest, quare hypothetica patet: cuius si ponatur Antecedens: relinquetur Consequens.

¶ Cuius quidem hæc ratio est. Est. n. quædam causa: & hæc aut est eadem, aut alia, & si sit alia, aut est demonstrabilis: aut indemonstrabilis. Si igitur alia sit demonstrariq; potest, cum causa sit medium, & prima figura ratiocinationis ostendatur. necesse est id quod ostenditur uniuersale esse & affirmatiuum, ut patet. Vnus igitur is est modus, quem nunc, inquisiuimus per aliud inquam ipsum quid est ostendere.

¶ Ratio autem huius est, quoniam est aliqua causa, & hæc aut eadem: aut alia est, & si utiq; alia, aut demonstrabilis est, aut indemonstrabilis. Si igitur est alia, & contingit demonstrari: necesse

A *est medium causam esse, & in figura prima demonstrari, Vniuersale enim & prædicatiuum est, quod demonstratur. Vnus quidē modus nunc exquisitus est per aliud quod quid est monstrare.*

Com. 58. expō phi. ¶Quod definitio vna per alteram demonstrari possit. Secunda ratione declarat: & non modo per ostensa: & Philoponus exponit hunc locum valde breuiter. Propterea secundum eius expositionem Aristo. primo sumit in rerū natura dabilem esse causam aliquam, & hoc inquit Quoniam est aliqua causa: hanc non probat: quia patet. Est.n. aliquod causatum: ergo & aliqua causa. Secundo sumit duplicem esse causam: nam alia est, quæ eadem est definito, Alia quæ non est eadem definitio: Inquit. Et hæc aut eadem. s. definito causatoq; est: aut alia a causato definitoq; ipso. Causa eadem definito atq; causato (vt arbitror) est formalis, cum sit tota essentia ipsius causati, quod definitur.
B Cætere vero causæ sunt aliæ a definito: materia quidem: quia non est essentia rei definite. Efficiens, & finis: q̃a sunt extrinsecus existentes. Tertio sumit ꝙ earum causarum, quæ aliæ sunt a definito ipso, Aliqua est demōstrabilis de suo causato, vtpote, quando de illo ignoratur: Alia vero est indemonstrabilis. s. quando de illo est per se manifesta. Et hoc inquit. Et si vtrīq; alia, aut demonstrabilis est, aut indemonstrabilis quæ per se de suo causato quæritur. Est indemonstrabilis: quæ de suo causato manifesta est. Ex his suppositionibus concludit Primo esse aliquam causam: quæ est medium. s. eam, quæ indemonstrabilis est: vt est formalis: & aliquam esse demonstrabilē videlicet eam, quæ non per se patet de suo causato, vt ipsa materialis. Itemq; & demōstrationem talem esse in prima figura: quia causa materialis: cūm sit definitio materia
C lis: vniuersaliter & affirmatiue prædicetur de eo: cuius est causa materialis. Inquit. Si igitur ē causa aliqua alia a suo causato, & contingit demonstrari: ita: vt sit non per se nota de suo causato, necesse est aliquam causam esse: quę est indemonstratione illius causæ medium, & sup. aliquam causam esse demonstrabilem, Medium est formalis causa, quia est tota essentia causati: & eadem Illi demonstrabilis est causa materialis, quæ est alia a causato, etiam efficiens: & finalis. Et necesse est demonstrabilem demonstrari de suo causato per indemonstrabilem in prima figura, immo in primo modo, nam causa: quæ demonstratur cum: sit definitio: vniuersalis & prædicatiua est. Ex his deducit intentum quod proposuit: & inquit. Vnus quidem igitur modus nunc exquisitus est: quod demonstrari possit ipsa definitio: & est ipsam materialem definitionem
D demonstrari de definito per aliud quod quid est. s. per formalem definitionem: nam materialis cū sit alia a suo definito, non est per se nota de illo, Formalis vero: cum sit eadem suo definito: est per se nota de illo: Ideo materialis per formalem demonstrari potest. Hæc græci quo ad hæc verba, & quidem dilucide.

¶*Nam medium ipsorum quid est necesse est esse quid est, & proprium identidem proprium. Quare diffinitionum eiusdem rei alia ostendet, alia non ostendet. Atq; hisce modus non est demonstratio ipsius quid est, ut antea diximus, sed ratiocinatio ad disserendi modum accommodata.*

¶*Horum enim quod quid est necesse est medium esse quod quid est: & propriorum proprium. Quare hoc quidem demonstrabit. Illud uero non demonstrabit eorum, quæ sunt quod quid est eiusdem rei. Hic quidem igitur modus, ꝙ non sit demonstratio dictum est prius. Sed est syllogismus logicus ipsius quid est.* E

¶Et quia quispiam dicere posset materialem definitionem esse demonstrabilem de eo: cuius est causa materialis: sed non per definitionem formalem, sed per aliud quippiam definito accommodatum: quasi confirmando id: quod dixerat, refellit tacitam hanc responsionem: & inquit. ¶Horum enim quæ sunt quod quid est demonstrabilia: necesse est medium esse quid est: & non propriorum accidentim aliquod, Sed & propriorum maxime proprium: veluti est definitio formalis: quæ est omnium conuertibilium cum definito maxime proprium. Huius rei pulchrum exemplum affert Philoponus, exempli gratia inquit. In Socrate feruet sanguis circa cor. In quo autem feruet sanguis circa cor: Irascitur. Si vero quispiam interroget: quæ sit causa eius: quod est eum, in quo feruet sanguis circa cor, Irasci: dicemus ꝙ est appetitus vindictæ, modo formalis est hæc definitio Iræ, & hac definitione in medio termino posita: concludet definitionem materialem in syllogistica demonstratione. Ex his Aristo. concludit quare eorum, quæ sunt quod quid erat esse eiusdem rei. Hoc quidem monstrabit: id est faciet demonstrationem, vt materiale: Illud vero non monstrabit, id est non faciet demonstrationem: vt formale quid est: hoc pacto exponit Philoponus: aut sic quare eorum: quæ sunt quod quid erat esse eiusdem rei: hoc quidem monstrabit, scilicet est medium in demonstratione: vt formale quod quid est. Illud vero non monstrabit, vt medium, sed erit potius demonstratum: vt materiale quod quid est. ¶Sed contra: quia superius dictum est totum oppositum: diximus enim definitionem demonstrari non posse de definito: vt quid est, & hic dicit oppositum: ait enim illam posse demonstrari per aliud quid est: Soluit. & inquit. Hic quidem igitur modus, ꝙ non sit demonstratio, dictum est prius: quia petit principium ergo Syllogismus in quo materialis per formalem syllogizatur: non est demonstratio. Sed est syllogismus Logicus definitionis materialis: vt quid est, quia ex probabilibus concludens, non autem demonstrans. Et ita in toto hoc capit. cum dictum est ipsum quod quid est per aliud quod est demonstrari posse, sumpsimus demonstrari pro Dialectice ostendi: vt Philoponus inquit. Hæc sunt, quæ mihi videntur circa hæc obscura verba.

[Right margin: Com. 59. — F Exemplū Philopo. — G — Superiori textu cō. 47. & ide. — H]

¶*Quo autem modo fieri potest, ut quid est eliciatur ex demonstratione: deinceps dicamus oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam ut quærimus propter quid est prius habentes esse, interdum uero & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, ut antea cognoscamus cur est quā percipiamus esse. sic pari ratione neq; quid est quærere, atq; cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit ut quid est unquā sciamus, si ignoremus si est.*

¶*Quo autē modo cōtingat, dicemus, dicentes iterū ex principio. Sicut enim propter quid quærimus habentes quia aliquando au-*

I *tem: & simul manifesta fiunt, Sed neq; prius propter quid poßibile est cognoscere quã quia, Manifestum est ꝙ similiter et quod quid erat esse non sine quia est. Impoßibile enim est scire quid est ignorantes si est.*

Com. 60. ¶ Hactenus quomõ Dialectice quod qd est ostendi põt: dictũ est. Nunc vero q̃uõ ꝑ demõstrationẽ ostẽdi cõtingat: declarare ꝓponit: & inqt. ¶ Q̃uõ aũt contingat .s. definitionem per demonstrationẽ ostendi dicemus: dicentes iterũ ex principio tãq̃ nihil de re hac dictum sit. Proposita intentione exequit̃, & Primo p̃mittit suppõnẽ, ꝙ sicut est in q̃onibus cõpositis: ita est in simplicibus: vt. n. in cõpositis q̃onibus nõ possumus hr̃e ꝓpter quid est: nisi prius quia est habuerimus, & sicut aliquando in talibus cõpositis q̃onibus aliq̃n simul habemus ꝓpter quid & quia est, & nũq̃ prius ꝓpter qd est: q̃ qa est: vel sic sicut

K in cõpositis q̃onibus dupl̃r nos habemus aliq̃n prius qa: & postea pp̃ qd, aliq̃n simul, nũq̃ aũt prius ꝓpter quid q̃ quia. Ita ẽt in simplicibus dupliciter habemus: aliquãdo. n. prius si est habemus: & postea qd est, aliq̃n simul vtrũq;, & nũq̃ prius qd q̃ si est: Ex hac ergo silitudine vult habere si est & qd est dupl̃r se hr̃e: vt ad nos cõparata: aut ordine quodã: aut simul: & si ordine quodã nũq̃ prius qd est q̃ qa est: hæc est suppõ, Inquit. Sicut. n. pp̃ qd q̃rimus hñtes sup. prius qa ẽ: aliq̃n aũt & sil̃ manifesta sunt: nũq̃ aũt prius pp̃ qd poẽ est cognoscere q̃ qa est. Ex hoc infert idẽ esse in simplicibus q̃onibus: & inq̃t. Manifestũ est ꝙ sil̃r & quod qd erat esse scire nõ possumus si ne qa est. Impoẽ. n. est scire qd est ignorãtes si est. Patet ergo nos bifariã posse scire qd est & si est, aut simul vtrũq;

L habẽtes, aut prius habẽtes si est, & postea quid est. Tertio mõ non est poẽ, nõ. n. possumus scire quid est prius ignorãtes si est: nec probauit hoc Aristo. nisi ex similitudine accepta in quæstionibus compositis.

¶ *Habemus autem si est nonnunquã per accidens: nonnunquã aliquid habentes ipsius rei. Veluti tonitruum esse scimus, habentes sonum quendam nubium esse. Et defectionem lucis esse quendam priuationem. Hominem item quoddam animal esse. Et animam ẽt id esse: quod ipsum se motu ciet.*

¶ *Hoc autẽ si est aliquando secundũ habemus: aliquando autem habentes aliquid ipsius rei, ut Tonitruũ, quoniã sonus quidã nebularum est, & defectum: quoniam priuatio luminis est: & hominem quoniam animal quoddam est, & animam, quoniam ipsum seipsum mouens est.*

Com. 61. ¶ Supposuit nos posse hr̃e si est: & qd est: aut simul, aut si est prius q̃ quid est. Nunc hãc suppositionẽ volens de

M clarare, ꝑmittit vnã distinctionẽ: ꝙ nos possumus habere existentiã rei dupliciter, aut ab his: quæ per accidens in

Philo. exẽplum. sunt ipsi rei. Cuius exemplũ ponit Philop. vt si Socratem cognosceremus esse, ex eo quia est Albus: aut quia latas vngues habet. Aut ab his: quæ rei insunt essentialiter & ꝑ se: vtpote (vt exponit Philop.) Si cognosceremus existẽtiam rei cognoscentes aliquã partem essentiæ rei essentialiter atq; per se illi inexistentẽ, vt quando cognosco Tonitruum esse: quia est aliquis Sonus Nebularum, & cum cognosco esse Eclypsim: quia est priuatio luminis, & cũ cognosco hominem esse, quia est aliquod animal: vtpote rationale: aut mortale: similiter & cum cognosco animã esse, quia ipsa seipsam mouet.

¶ *Quæ igitur per accidens esse scimus, necesse est ad eorum percipiendum quid est nullo modo nos quicquã habere. Neq;. n. illa esse scimus: atq; quærere quid est non habentes esse, perinde atque est si nihil prorsus quæratur. Quorum autem habemus aliquid eorum, quid est facilius percipere possumus. Quapropter ut habemus ipsum esse, sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi.* N

¶ *Quæcunq; quidem igitur secundũ accidens scimus quia sunt necesse est nullo modo se habere ad quid est, neq; enim scimus quia sunt, quærere autem quid est non habentes quia est, nihil est quærere. Secundum quæcunque autem habemus aliquid, facile est quærere. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus ad ipsum quid est.* Est q̃rere verbũ additũ de licentia interpretis.

¶ Philoponus videtur velle ꝙ Aristo. intendat probare ꝙ ea quæ sunt per accidens non conferunt ad inuentionem definitionis quia non sunt immediata. neq; propria subiectis rebus: sed omnino aliena, & ait ꝙ non solum, vt inquit Philoponus, Hæc non conferunt ad inuentionem definitionis: sed neq; ad acquisitionem existentiæ rei, non enim cognoscitur Socratis existentia eo quia dicatur esse: aut Musicus: aut Grammaticus: aut Albus: qui vero temptat scire rem ab his: quæ illi per accidens insunt, non solum non poterit comprehendere quid est: idest naturam rei: sed omnino neq; existentia rei si interentia sit aliquid vnum: nam quæstio acquirens rem simpliciter accidentibus, non est quæstio. In quibus vero sumimus non quæ per accidens, sed quæ per se insunt: vt partes rei: in illis facilius venemur definitionem. Hæc Philoponus. Ego vero puto Aristote. nunc declarare quando simul si est: & quid est habemus, & quando non: præmisit enim distinctionem: & nunc illa vtitur: & vult nos non habere simul si est & quid est, quando si est per accidentia: sciuerimus: probat: quia quando nos scimus si est per accidentia, nos non scimus si est, & si per accidentia non scimus si est: ergo nec quid est: non enim possumus scire quid est ignorato si est. Inquit. ¶ Quæcũque quidem igitur secundum accidens scimus quia sunt, necesse est nullo modo se habere ad quid est, & ita quæ scimus si est per accidentia, non scimus quid sint simul. Probat. & inquit. Neq;. n. scimus: quia sunt, quasi dicat ꝑ talia accidentia: ergo nec quid sunt: quærere autem quid est non habentes prius quia est: nihil est quærere. Patet ergo si est: quod scitur per accidentia non simul scire cum ipso rei quid est: Cum reuera non sciatur res quia est per talia accidentia. Deinde exponit quando simul vel de facto: vel de facili. & inquit. Secundum quęcunq; habemus aliquid: hoc est quæcunq; vero scimus quia sunt: per aliquid essentiale eis: facile supple est quærere quid est: est quidem facile: quia habens partem rei, videtur facile habere totum. Qui enim scit rem esse per aliquam partem definitionis, videtur scire partem definitionis: & ita facile simul potest scire totam. Ex his concludit quomodo ad quid est disponimus per cognitionem ipsius quia est: & inquit. Quare quemadmodum habemus quia est, sic habemus id est disponimur ad ipsum quid est, quia si habemus quia est per accidentia disponimur per accidens ad ipsum quid est, & si habemus quia est, per aliqd essentiæ rei: disponimur facile ad habendum totam definitionem. ¶ Themistius ad expositionem huius exerpti notat accidentia quædam esse, quæ rei existentiæ non insunt: Et hoc pacto Chrysippus ostendit Deos esse, quia visitantur

Com. 62. Expõ Philopo. O

Propria expositio. P

Q

Quæ Themi.

A visitantur altaria: Stoici vero Deos esse asserũt: quia mortalibus suppetias plurimas afferunt. Hæc probatio est ab accidente: quod non existit in re. Quædam vero sunt, q̃ adsunt in re: & hæc duplicia. Alia propius, Alia remotius: per accidentia remotiora non ostenditur existentia rei propriæ: vt dixit Aristoteles, per accidentia vero propiora ostenditur aliquo modo rei existentia, non tamen facile per hanc existentię cognitionem scimus quid est: licet disponimur ad illud: at per ea, quæ per se: & essentialiter insunt, facile scimus quid est. Propterea ait ita nos disponi ad percipiendum quid est alicuius rei: Sicut habemus illius quia est: & quia per accidentia extranea non habemus quia est, Ideo non disponimur ad percipiendum quid est, quia vero per accidẽtia: quæ rei insunt: habemus aliquo modo quia est communiter: si communia sunt,

B proprie si propria sunt, Ideo disponimur ad percipiendũ quid est communiter: vel propriæ: licet non facile: sed qa per partes definitionis scimus quia est propriissime: ideo disponimur facile ad percipiẽdum quid est: Hæc ex Themistio, & bene.

¶ Quarum igitur rerum aliqui habemus ipsius quid est earum hæc sint exempla. Sit defectus eo in loco quo ipsum est, a, luna in eo quo ipsum est, c, interpositio uel obiectio terre, in quo ipsum positum, b, Quærere igitur utrum luna deficiat, an non deficiat nil aliud est quã ipsum, b, quærere si sit: nec ne. At idipsum nil ab hac quæstione differre uidetur sit ne ratione eius. Quod si sit: & illud dicimus esse. Vel quæratur utrius partium contradictionis sit ratio: utrũ habendi duobus rectis æquales: an non habendi. Quod cum inuenerimus. & esse, simul & propter quid scimus: si modo si medium.

C *¶ Quorum igitur habemus aliquid ipsius quid est. Primum quidẽ sic. Defectus in quo, a, luna in quo, c, Oppositio terræ in quo, b, Vtrum quidem igitur deficit aut non, b, quærere est. Vtrum est aut non est. Hoc autem nihil differre quærere quã si est ratio ipsius. Et si sit hoc, & illud dicimus esse: aut utrius contradictionis est ratio, Vtrum habendi duos rectos, aut non habendi. Cum autem inueniamus, simul quia & propter quid est scimus, si per media sit.*



D

Com. 63. ¶ Dixit aliquando simul haberi si est, & quid est: vtpote quando si est scitur per definitionem rei: cuius quærimus existentiam. Aliquando autem dixit nos habere si est: & non quid est: vtpote quando scimus si est per aliquod accidens eius: cuius quærimus est: Hæc nunc per exempla ostendit, & inquit. ¶ Quorum igitur habemus aliquid ipsius si est: idest eorũ, quorum existẽtiam habemus per aliquam definitionem eorum, quorum quærimus existentiam: Exemplum primum sit sic: vt sit defectus, vel deficiens in quo A, Luna sit in quo C, oppositio Terræ siue paciens oppositionem Terræ sit in quo B, Patet igitur terminis sic dispositis, ꝙ cum quærimus: Vtrum deficiat Luna: aut non, B, est quærere: Vtrum est aut non est. Hoc autem nihil est quærere q̃ si ipsius defectus sit aliqua ratio causalis & definitiua: nam si habemus ꝙ sit & aliq̃ ratio causalis defectus definitiua: illud dicimus esse: nam simul habemus esse defectum, & quid defectus est, hoc ẽ primum exemplum, tangit secundum, & inquit. Aut ipsum B vtrius contradictionis est ratio causalis & definitiua: vtrum eius contradictionis partis: quæ est habendi duos rectos: aut eius contradictionis partis: quæ est non habendi duos rectos: nam si sit definitiua ratio & causalis definitio eius partis, quæ est habere duos rectos, in a. pone duos rectos habens, In b. pone rationem definitiuam: atq; causalem eius prædicati: quod est positum in a. E




F

scilicet habendi duos rectos, In c. vero pone triangulum, & tunc patet ꝙ cum inuenerimus b. esse rationem definitiuã atq; causalem ipsius a. quod est habere duos rectos, simul quia, & propter quid scimus, nam scimus ipsum habere duos rectos esse: & propter quid: & quid est ipsum habere duos rectos, scimus dico simul quia & propter quid: si modo per media sit hæc scientia, quæ media sunt definitiones causales: & definitiuæ rationes. ¶ Sed dubitabis & non ab ratione: quia proposuit declarare quando simul scimus si est: & quid est, Et tamen declarat per exẽpla quando simul quia est: & propter quid est. ¶ Et dicendum in accidentibus idem esse si est. & quia est, accidentis n. esse est inesse: Idem n. est scire defectum esse, & defectũ inesse Lunæ, Similiter idẽ est scire propter quid est: & qd est nã propter quid est, est ratio causalis: atq; definitiua ratio prædicati: cuius quærebamus existentiam.

G Dubiũ Solutio In accñtibus idẽ est si & quia est scire ꝓpter quid est & quid est.


¶ Quod si non sit, esse quidem scimus: propter quid autem ne scimus. Atq; idipsum hoc exemplo patefieri potest. Sit namq;, c, luna, a, defectio, b, non posse, cum est tota refecta lumine umbram efficere intercedente manifesto corpore nullo. Si igitur, b, quidẽ ipsi, c, insit, a, uero competat ipsi, b, lunam quidem deficere notum sit nobis. Cur autem deficit nondum est notum. Atq; defectionem quidem esse scimus, sed quid est defectio ne scimus. Atq; cum, a, quidem ipsi inesse, c, patet, quæritur autem propter quid inest. Nil aliud tum quæritur quã quid. Nam sit ipsum, b, utrum obiectio terræ an econuerso lunæ, an lucis eius extinctio. Hoc autem alterius extremi ratio est, ut hoc in exemplo ipsius, a, Est. n. defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum, est extinctio ignis in nube: propter quid tonitat: quia ignis in nube extinguitur. Nubes sit, c, Tonitruum, a, ignis extinctio, b, Igitur ipsi, c, nubi inquam, b, ipsum inest, extinguitur. n. ignis in nube. At huic, a, ipsum inest tonitruum seu sonus. Atq;, b, ratio ipsius est, a, primi inquã extremi. Quod si rursus huius aliud medium sit, id ex hisce rationibus erit quæ restant. H

¶ Si uero non: quia scimus, propter quid autem non scimus.



I *Sit igitur Luna C, defectus A, Lunam plenam umbram non posse facere nullo nostrum medio manifesto existente: in quo B. Si igitur in C est, quod est Lunam non posse facere umbram, cum nullus nostrũ in medio sit. In hoc autẽ A quod est deficere, quia deficit quidem manifestum est: sed propter quid: nondum. Et quia defectus est quidem scimus, quid autem est: nescimus. Cum autem manifestum est quia A in C est: propter quid autẽ est quæritur: B est quærere quid est: Vtrum sit obiectio aut conuersio Lunæ, aut extinctio Luminis. Hæc autem est ratio alterius extremi: ut in his, quæ sunt ipsius A, Est enim defectus obiectio a Terra: quid est Tonitruum, Ignis extinctio in Nube: propter quid Tonat, propter extingui Ignem in Nube, sit Nubes C, Tonitruum A, extinctio Ignis B, In C igitur Nube est B, extinguitur enim in ipsa Ignis, Huic autem inest Sonus, & est ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.*

K



Com.64. ¶ Declarauit in quibus scimus simul quia est, & quid est: Et dixit nos scire simul si est: & quid est: quando scimus quia est per medium hoc est per causam: nam causa est definitio causalis. Nunc vero declarat quando non scimus simul quia est: & quid est, & inquit: ¶ Si vero nõ scimus

L per medium s. causale alicuius rei existentiam, sed per accidens illi existentiæ: quia est scimus: quid autem res sit, nescimus: & ponit exemplum sit Luna C, defectus A, Lunam plenam omni impedimento deducto Vmbram non posse facere, dico omni impedimento deducto, ita vt nec Nebula occultet Lunam, nec aliquo nostrum in medio existẽte manifesto: quo ipsa Luna occultetur: Lunam igitur plenam omni impedimẽto deducto Vmbrã non posse facere ponatur in quo B. Si igitur terminis sic dispositis: In C est B, Hoc est in Luna est non posse facere Vmbram: cum nullus nostrum in medio sit. Hæc .n. vera est Luna non facit Vmbram deducto omni impedimento. In hoc autem s. B est A, quod est deficere, quoniam omne lumine deficiens non facit Vmbram: terminis & propositionibus ita cõcessis, quia deficit Luna quidem manifestum est: sed ꝑpter quid deficiat nondum

M manifestum est: & ne quis dicat exemplũ non esse ad ꝓpositum, quia nos loquimur in qõne simplici, & exemplum est in composita: Ideo subdit: & quia defectus est, quidem scimus: quid autem est defectus, nescimus. Et ita patet in simplici qõne quando non simul scimus quia ẽ, & quid est. Deinde ostendit ordinem in quæsitis: vt ostẽdat hoc, quod dictum est, esse bene dictum, et inquit, Cũ autem manifestum est quia A defectus in C Luna est: & quæritur propter quid A inest ipsi C, hoc quærere ẽ B quærere quid est: Vtrum sit obiectio, aut conuersio Lunæ: aut extinctio lucis. Ab Antiquis tres causæ Eclypsis Lunæ assignate sunt. Quidam .n. dixerũt Lunã Eclypsari: quia habet duas facies: Alteram lucidam, Alteram Opacam: Cum conuertit ad nos Opacam faciem dixerunt illã Eclypsari. Alij dixerunt Lunam extingui in sua luce certo tempore: & certo non. Dicebant vero Eclypsari, cum extinguitur in luce. Veriores dixerũt Lunã Eclypsari cum Terra interponitur inter ipsam & Solem. Propterea Aristo. dicit B quærere est quid est: Vtrum obiectio Terræ, quæ reuera causa est Eclypsis: aut conuersio Lunæ: aut extinctio luminis. Verum istæ vltimæ duæ causæ (vt Philoponus inquit) falsæ sunt. Sed quæuis assignetur: hæc (vt Arist. inquit) ẽ ratio, & definitio alterius termini: vt in his definitionibus: quę sunt ipsius A, Est .n. defectus obiectio a Terra, & ita est definitio prædicati: cum reponatur in his definitionibus: quæ sunt ipsius A, quod est prædicatum. Et non contentus vno exemplo, apponit aliud secundum Pythagoram (vt dicit Philoponus) & inquit, Quid est Tonitruum Ignis extinctio in Nube facta, ꝑpter quid Tonat: quia extinguitur ignis in Nube: ergo sit Nubes C, Tonitruũ A, extinctio ignis B, terminis sic dispositis: C Igitur Nube est B, Eextinguitur .n. in ipsa Nube Ignis, Huic autem B inest sonus siue Tonitruum: quod .n. extinguitur in Nube: tonat. Patet etiam hoc exemplo B esse rationem definitiuam atq; causalem ipsius A primi termini. Si autem iterũ huius aliud medium sit: ex reliquis erit rationibus. ¶ Thomas bonus Aristotelis interpres exponit hæc: Si autem inquit: Oportet accipere adhuc aliud medium ad demonstrandum definitionem Maioris aut de subiecto: aut de ipsamet Maiore: ex reliquis erit rationibus: hoc est tale medium erit ex rationibus subiecti, nam definitio subiecti potest esse medium ad demonstrandum definitionem maioris de maiore, & de subiecto illius maioris, potest .n. definitio hominis esse medium ad demonstrandum aptum ridere de risibili: & de ipso homine. Philoponus autem hæc Aristo. dicit addere: quia contingit quandoq; demonstrari prædicatum aliquod de subiecto per aliud prædicatum per se: quod per se competit prædicato demonstrato, vt si demonstraremus risibile de homine per disciplinæ capax: hoc pacto hominis homo ẽ disciplinæ capax, omne disciplinæ capax est risibile: ergo omnis homo est risibilis, Vbi patet risibile de homine demonstrari per quoddam prędicatum per se de risibili, & de homine: qđ non est definitio risibilis: ideo dicit, Si autem iterum huius maioris propositionis: videlicet omne disciplinæ capax est risibile, aliud medium sit, quia medium non est definitio: ex reliquis erit rationibus demonstrandum: vt pote ex ratione risibilis prædicantis de homine: & ita quotiens demonstratur passio de aliquo subiecto, & non per definitionem passionis, sed per aliam passionem: Potest adhuc accipi aliud medium scilicet definitio passionis: Illius ad probandam maiorem propositionem: hæc vt puto: Philoponus intelligit.

Tres causæ de eclypsis lunæ assignatæ fuerunt ab antiquis.

N

O

Quæ S. Tho.

P Philopo.

Q

¶ *Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est & sit notum, satis iã diximus. Quare ratiocinatio quidem ipsius quid est demonstratio quæ non sit per ratiocinationem tamen innotescit & demonstrationem. Quo circa neque sine demonstratione fieri potest, ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neque rursus ipsius est demonstratio, ut in dubitationibus etiam diximus.*

¶ *Quomodo quidem igitur accipitur quid est, & fit notum, dictum est. Quare syllogismus ipsius quid est non fit, neque demonstratio. Manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere*

A *scere quid est, cuius est causa alia, neq; est demonstratio ipsius: sicut & in oppositionibus diximus.*

Com. 65. Aliud est aliquid eē demonstrationem aliud est eē notū per demonstrationem. ¶ Epilogat & ꝑpositum concludit, Vbi debes scire aliud esse alicuius esse demonstrationē, & aliud est esse aliquid notum ꝑ demonstrationem: vel non sine demonstratione. Prędicati q̃d de aliquo subiecto demonstratur, demõstratio atq; syllogismus est. Et ipsum per demonstrationem innotescit: medium vero ꝑ q̃d ꝑdicatum illud de subiecto demonstratur: ꝑ demonstrationē innotescit, quia non sine demonstratione patet: non tñ eius est demostratio aut syllogismus: cũ de nullo vt prædicatum demonstratur. Simplicij & Philop. expositio. vult igitur (vt Philoponus & Simplicius exponunt) definitionis non eē demonstrationē tanq̃ ꝑdicati: q̃d de subiecto demr̃etur. Sed vult ipsam ꝑ demonstrationē haberi, qm̃ in demostratione simul habetur q̃a est: & quid est, inquit. ¶ Q̃uo quidem igitur accipitur q̃d ē: & fit notum: & dictum est: & mihi videtur verbũ quare legẽdum esse causaliter. q. d. causam eius: quod Epylogauit, dicens, nam syllogismus ipsius quid est: vt de altero ꝑdicantis non fit, neq; demonstratio: manifestũ tñ est ꝑ syllm̃ & demõstrationem: saltem quia cõnotescit cum eo: quod demostrat. Et propterea concludit: quare neq; sine demonstratione est cognoscere quid est: eius rei videlicet: cuius est alia cā. & definitio causalis. Neq; est demõstratio ipsius (vt ꝑdicati: vt in oppōnibus diximus) quia esset petitio principij. Ex his apparet q̃uo definitio cā & medium idē est (vt Themistius colligit) Nã definitio est medium compositionis syllogisticæ, causa vero essendi prædicati: definitio autem prædicati.

B

¶ *Est aũt quorũdã quidē alia quædã causa, quorũdã aũt nõ est. Quare patet ut ipsorum quid est quædã uacare medio principiaq; esse. Quæ quidē & esse, & quid sunt supponere. uel alio mõ facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nam & quid sit unitas, & unitatē eē supponit. Eorũ aũt quæ mediũ habẽt, & quorũ est aliqua cā, alia a substãtia fit. ut ꝑ demonstrationem ipsum quid est, ut diximus declaretur, non demonstretur.*

C

¶ *Est aũt quorundã quidem altera quædã cā: quorundam aũt non est. Quare manifestum est quoniã & eorum: quæ sunt quid est:*

Tex. 9. *Alia quidem sine medio & principia sunt: quæ & esse: & quia sunt supponere oportet: aut alio modo manifesta facere: q̃d quidē Arithmeticus facit. Et namque quid est unitatem supponit: & quia est. Sed habentium medium: quorum est quædam altera causa a substantia: est per demonstrationem (sicut dictum est) ostendere: non quid est demonstrantes.*

Com. 66. expō Phi. ¶ Iste textus nõ ē leuis, nec clarus (vt vides) Philoponus exponit, q̃ Aristo. postquã declarauit in ipso quia ē, q̃d per causam demonstratur, videri ipsum quid ē, Nũc ostendit non esse hoc in omnibus: nam definitionũ alia est: q̃ nec ꝑ demonstrationem, nec in demonstratione innotescit. Alia vero, quæ licet non demonstratur, in demonstratione innotescit: ꝑcedit autem a diuisione rerum: ad diuisionem definitionum: & inquit. ¶ Est autem quarundam rerum: quæ alteri inexistunt: vt Iræ Eclypsis: Tonitrui: & cæterarum id genus. Altera quædam causa, quia ipsæ non sibiipsis causæ sunt: vt alteri insint. Non enim ipsa Ira sibiipsi causa est: vt alicui insit: nec Eclypsis vt insit Lunæ: nec Tonitruum: vt insit nubibus. Quarũdã autē rerum, quæ alteri insunt: non ē altera causa, Sed ipsæ sibiipsis causæ sunt: vt alteri insint. Vt Linea Vnitas Pũctus & similia: Vnũquodq; enim horũ ipsum sibiipsi cā est linea. n. sibiipsi causa est: quatenus est longitudo sine latitudine, & vnitas siliter sibiipsi causa ē, Et si q̃ris hæc habere cām: quia sunt accidentia. Rñdet Thomas: & quidem bene, hæc habere causam, Sed non vt contrahunt ad aliquod genus subiectum alicuius scientiæ, Vnitas. n. licet habeat causam, nõ tñ (vt contrahitur ad Arithmeticã) cuius subiectum est Vnitas: habet causam: nam in numeris est deuenire ad vnitatem: cuius in hoc genere nõ ē aliud principium. Ex hac diuisione rerum. cõcludit diuisionem definitionũ, & declarat quę definitiones in demõstratione patent: & quæ non patent: sed sunt ꝑ se notæ vel ꝑ sensum: uel seipsis: & inquit. Quare manifestũ ē qm̃ & ipsorum q̃d quid est siue definitionũ. Alia quidē sine medio & principia sunt: sine medio quidē: quia earũ non est demõstratio, principia vero, quia ipsa & esse & quia sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta facere: vtpote per sensum. Sic igitur patet esse quasdam definitiones: quæ nec demonstrantur: nec in demõstratione innotescunt, Sed (Vt principia in scientijs supponuntur) & tales definitiones earum rerum sunt, quæ in scientijs sibiipsis causæ sunt. Quod quidem Arithmeticus facit: nã & quid vnitas sit: supponit, & quia est. Deinde tangit aliud membrum: & inquit. Sed rerum: quæ habent medium, hoc est, Sed rerum quæ alteri insunt per medium: quarum est altera causa ab ipsarum substantia siue existentia: vt sunt Ira: Eclypsis: Tonitruum, & id genus: ipsum supple quid est, est vt dictum est, ꝑ demõstrationem ostendere: non tñ quid ē demonstrantes. Sic igiť definitiones aliæ sunt: quæ in demonstratione innotescũt: licet ꝑ demonstrationē (vt ꝑdicata nõ demõstrãtur) & hæc sunt earum rerũ: quæ nõ sunt ipsæ sibiipsis causæ essendi: sed in subiecto genere alicuius sciẽtiæ habent alterã causam, ideo clarescunt, atq; silr̃ cũ demonstrationibus inuestigãtur. ¶ Quo vero ad verba attinet: Verba illa definitiones quidē secundũ speciē factæ nullũ habẽt medium: quo demonstrẽtur: sed definitiones secundũ materiã factæ possunt habere medium: non legi in Græcis Codicibus, nec Philoponus: nec Simplicius in suis libris habebant, nec sunt ad ꝑpositũ expositionũ Græcorũ. Propterea rectę Thomas inquit, Illa fuisse potius glossam, quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus.

D

E Dubiũ Responsio Sã. Tho.

F

G Verborũ expositio.

¶ *Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quod est, patet quandam definitionem orationem esse, quæ id explicat quod nomen significat, uel quæ nominis interpretationem complectitur, ueluti quid significat triangulus nomine, quem habentes esse, querimus. deinde propter quid est.*

H

¶ *Definitio autē: quoniã dicitur rõ ipsius quid est: manifestũ est: quoniã aliqua quidē rõ erit ipsius quid significat nomē: siue altera rõ nominalis: ut ipsum q̃d significat: quid ē inq̃tum triãgulus, quod quidem habentes quid est: Quærimus propter quid est.*

¶ Duo hucusq; declarauit: an definitionis sit demonstratio, & q̃uo definitio in demõstratione colligatur: At nũc distinguit definitionē, & declarat quot modis dr̃ definitio: & hoc ꝑpter duo (vt Phil. inquit Et vt intelligamus de qua definitione ea, quæ: dicta sunt intelligenda sunt, & vt sciamus quid ipsa definitionis definitio sit: Cum. n. definitio sit multiplex: non potest sciri quid ipsa definitio sit, nisi multiplicitas tollatur: inquit. ¶ Quoniam autem definitio dicitur ratio ipsius quid est: & quid est duplex est: aut quid est absolute: aut quid est ipsum nomē significãs: manifestum est, quoniam definitio duplex est, Aliqua quidem rõ erit ipsius significantis: vt ipsius quid Com. 67.

I significat nomē. Siue (qđ idem est) Altera est ratio nominalis: quæ dr̄ interprætatiua nominis, Altera supple erit ipsius significati (vtpote quid ipsum ē) et ponit exēplum nominalis definitionis: & inquit. Vt ipsum nomē triangulus, qđ significat, quid ē inquantum triangulus, hoc ē inq̄tū nomen trianguli. Deinde sequuntur illa verba qđ quidem hñtes & reliqua, & possunt legi sic: Qđ quidem habētes: quid est, illud qđ significat: q̄rimus pp̄ quid est. Et tunc iuxta hanc expōnē velle videtur Aristo. de nomine esse: duas qōnes vt quid significat nomen: ꝑpter qd significat, ut hoc nomen Lapis quid significat, si dr̄ Silicem, vel Marmor, quæri pōt vlterius: quare: & possumus dicere quia ledit pedē: Siliter de nomine trangulus, q̄ri pōt quid hoc nomen significat, & possumus dicere hanc figuram, q̄ in puluere ē, Iterum si quis q̄rat ꝑpter quid. dicemus, quia triangulus dr̄ quia ē trium angulorū. Vel

K lege sic: quod quidē significatū trianguli habētes qd est idest esse, & ꝙ sit: quærimus pp̄ quid est, & tunc vult sciri aliq̄n rem esse ex interpræta tiua rōne: & quum scit̄ rem esse ex interpræta tiua rōne, quærimus: pp̄ quid est res il-

Philopo. la. Philoponus legit sic: qđ quidem habētes quid ē: hoc ē quam definitionem nominalē cum inuenimus prius ꝙ est: Tunc quærimus pp̄ quid est: id est cālē rei definitionem: quæ est assecutiua naturæ rei, & ita innuit ordinem definitionum: est definitio nominalis prior, postea essentialis: quæ est & causalis: & hæc expositio magis placet.

Difficile autem est hoc pacto sumere ea quæ nescimus esse, causamq; difficultatis antea diximus nam neq; si sint an non sint scimus, nisi per accidens.

Difficile autem est sic accipere, quæ non scimus quia sunt, causa autem prius dicta est difficultatis, quia neq; si est aut non est scimus nisi secundum accidens.

L

Com. 68. Quia Arist. accepit duas esse definitiones, Alteram nominis: Alterā rei: quam cālē: & pp̄ quid appellādi: Nūc

Expositio Philopo. (vt Philoponus arbitratur ponit drīam inter illas) & vult definitionē nominis posse haberi sine p̄scientia ipsius qa est: Scimus. n. quid nominis Vacuum: & nō scimus qa ē. At definitio rei haberi non pōt, nisi præsciamus quia est res. Et iuxta hæc lege dificile autē immo impoīe ē sic id est quiditatiue accipere ea, quæ nō scimus qa sunt: & cā difficultatis dicta est prius. s. qa si ē p̄cedit quid est. At qd nominis haberi pōt sine p̄sentia existētiæ rei. Et dices contra quoniā definitio qd nominis vr̄ sufficere pro scientia exñtiæ rei, Rñdet talem non sufficere: quia neq; si est aut non ē scimus p definitionē quid nominis sup. nisi p

Alia expō accidens: vtpote inquantum rō nominis sumitur: aliquo mō ab accidentibus rei, quæ significat̄ p nomen. Vel fortasse aliter hæc verba intelligi possunt: dictum est. n. post sciētiam quid rei. Contra q̄s obijceret, quia tūc qd

M rei posset haberi sine præsentia existētiæ: cum statim ad quid nominis sequatur quid rei. Respōdet diffcile autē ē si. s. quiditatiue accipere ea: quæ nō scimus quia sunt: & ita post scientiam quid nominis: non statim scimus quid rei, nisi cū difficultate & cā difficultatis dicta est prius: qa nō mō ignoramus quid ē ignorato quia ē, immo nō possumus scire quia est nisi sciamus quid ē, quia ignorato quid est, ignoramus quia ē: & solū p accidens posset sciri. Quare intelligendum est post scientiam nominis sequi scientiam quid rei, non tñ sine scientia existētiæ illius rei. Sed post sciam quid nominis, habebimus simul qd rei, & qa ē p artem superius assignatam, Diximus. n. quia est quādo habetur non p definitionem, non sciri nisi p accidēs. N

At. n. oratio ē una dupliciter. Alia nāq; cōiunctione est una, ut ilias. Alia quia unū de uno declarat, nō p accidēs. Vna igitur hæc ē diffinitio diffinitionis quā diximus. Alia aūt ē diffinitio oratio quæ declarat pp̄ quid ē. Quare prior significat quidē, sed non ostendit, posteriorem autem patet quasi demonstrationem esse ipsius quid, est positione differentem a demonstratione.

Ratio autem una dupliciter ē: hæc quidē cōiunctionē: ut Ilias: Alia uero unum de uno ostendens nō p accidēs. Vnus quidē igitur terminus termini est: qui dictus ē. Alius uero terminus est rō demōstrās pp̄ quid est: quare prior significat quid ē: demōstrat aūt minime. Posterior uero: manifestū est quoniā erit ut demonstratio ipsius quid est positione differens a demonstratione. Tex. 10.

Sunt autem aliqua quidem, quæ fiunt uniuersaliter. Semper.n. aut in omni, aut sic se habent, aut fiunt. Alia uero semper quidē non: sed ut in pluribus sunt, ut non omnis homo masculus barbam emittit. sed (ut in pluribus.) Talium igitur & necesse est mediū ut in pluribus esse. Si enim, a, de, b, prædicatur uniuersaliter: & hoc de, c, uniuersaliter necesse est, a, de, c, semper, & de omni prædicari. Hoc est enim uniuersaliter, & de omni, & semper, sed suppositum est ut in pluribus esse, necesse est ergo & medium ut in pluribus esse, quod est, in quo, b, Erunt igitur & eorum principia (ut in pluribus sine medio). Quæcunque (ut in pluribus sic sunt) aut fiunt.

C



Cō.99. Ostendit non eodē modo ea quæ semp sunt demōstrari, & quæ nō semp sunt. Et primo p̄mittit diuisionē eorū quæ fiunt: siue eorū quæ sunt: & diuisio debet sic cōponi secundū Philoponū. Sunt aūt aliqua quidē: quæ fiunt semp vl'r: & sup.tu, quædā, quæ sic se habēt semp vl'r: cuius cām dicit: qa ea quę sunt semp vl'r: aut in omni, & semper sic se habēt: aut in omni, & semp sic fiūt. In omni & semp sic fiūt (vt Philop.inqt). Vt ortus astrorū: aut occasus: & ver fieri si sol est in ariete. In omni & semp sic se habent (vt Philo.inqt). Quemadmodū circulus est sphæricus: Deus est bonus, anima est immortalis: & id genus. Quare eorū quæ semp sunt: duplicia sunt, aut quæ semp eodē modo fiūt: aut quæ semp eodē modo sic se habent. Alia: vero nō semper sunt: qa nec semp fiunt: nec semper sic se habent, sed vt in pluribus aut fiunt, aut sic se habēt. Vt omnis homo masculus barbā emittit: non.n. semper homo masculus barbam emittit, nec omnis homo: vt in pluribus: & aliqui.nā (vt Philop.inquit) Crassiores nō habent pilos in genis eorū. Ex hac diuisione infert, taliū igitur quæ (vt in pluribus sunt) necesse est mediū vt in pluribus esse, innuēs eorū: quæ semp sunt, mediū esse debere vt semper. Probat aūt hāc cōclusionē Aris.per deductionē ad impossibile: siue deducēdo ad oppositū, sit cōclusio

Diuisio eorum quæ fiunt secūdū Philo.

D

E a.c.vt in pluribus mediū vero.b. Vel igitur (vt in pluribus) & habetur proposita cōclusio: vel dicet quispiam ipsum necessarium esset & tunc.a.de.b. necessario prædicabitur, &.b.de.c.similiter: quare &.a.de.c.semp & de omni prædicabitur.i.de necessitate, hoc.n.est prædicatum necessarium, quod est de omni: vniuersale & semper supponebatur.a.c.conclusionē vt in pluribus esse: & sic deductum est ad oppositū concessi. Propterea concludit, erūt igitur eorum quæcunq; vt in pluribus sic sunt, (aut fiunt principia ut in pluribus sine medio) quemadmodum & eorum quæcunq; semper sic se habent: aut fiunt principia semper sic se habentia sine medio, & per hoc vult habere tales demonstrationes non esse simpliciter scientificas cum non faciant simpliciter scire, sed secundum quid: cū sint secundū quid scientificæ. Sed occurres: q; bene.b. de.c.necessario prædicatur, cū minor necessaria sit.a. autē de.b.non necessario, & sic non oportet cōclusionē esse necessariā. Potest dici mediū.a.c.cōclusionis non posse dici mediū necessariū: nisi.b. ad.a. & ad.c.necessario se habeat. Et propterea Aris.hoc supponens: accipit.a.de.b.necessario prædicari: &.b.de.c.necessario similiter. Dubiū. F Solutio.

At enim quonam pacto ipsum quid est ad ratiocinationis terminos accommodatur. Et quomodo uel est ipsius, uel non est demōstratio diffinitione, satis antea pertractauimus. Nunc dicendum esse uidetur, quonam pacto uenari nos ea oportet quæ hoc ipso quid est prædicantur. Eorum itaq; quæ semper cuiq; competunt, quædam extendunt sese quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur. Atq; ea sese ad plura extendere dico quæ quāquam uniuersaliter cuiq; competunt, non tamen soli, sed etiam alij insunt. Est.n.quoddam quod omni competit trinitati: & etiam non trinitati. Id.n.quod est trinitati & etiam non numero competit. At impar inest & ipsum quidem trinitati, & alijs etiam pluribus. Quinario nāq; competit, non tamen genus egreditur. Quinarius n.numerus est, & nihil est extra numerum impar. G

Quomodo quidem igitur ipsum quid est, in terminis aßignetur, & quomō est demōstratio, aut est definitio ipsius, aut non ē, dictum est prius. Quomō autem oportet uenari in eo quod quid est prædicantia, nunc dicamus. Eorum igitur quæ insunt semper unicuiq;, quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus. Dico autem in plus inesse: quæcunque insunt quidem unicuiq; uniuersaliter. At uero & alteri: ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati, sicut ens inest trinitati: sed & nō numero. Impar uero & inest omni trinitati: & in plus inest. Etenim ipsi quinario inest: sed non extra genus. Quinarius quidem n.numerus est: non aūt extra numerum impar est. Tex.17.

Primo epilogat circa dicta, & inquit. Quomodo quidem igitur quod quid est in terminis assignetur: quia in terminis.assignātur.(vt mediū) & qūo est demōstratio ipsius quoſt quid est: qm̄ est demōstratio (vt simul facta cū cōclusione) vel diffinitio eius, vel quid nominis: vel quid rei: vel non est, dictum est. Sic igitur dictū est prius ipsum quid est inter terminos demōstrationis assignari vt mediū. Dictū est etiā, ipsius quid est esse definitionē nominalem: & dictū est ipsius nō esse demōstrationē: sed in demonstratione accipi. Hæc de epilogo: subdit intentionē ad dicenda: & inquit. Qūo autem oportet venari ea, quæ prædicantur in eo, quod quid est: nunc dicamus. Animaduertēdū Aris.post ea: q̄ dixit de definitione ipsa: inter posuit qūo per vnuquodq; genus cāæ fieri possit demōstratio: nec ab rōne.nā ex hoc patet q̄dlibet genus cāę definitionē assignari posse. Præterea ex hoc patet mediū & Cō.100. H Notandū.

I causam idem esse. Completo ergo hoc aggreditur quartum propositorum.s.quomodo definitio inueniri possit. Est autem duplex modus inueniendi definitionem, compositio.s.& diuisio, seu resolutio:& cum cōpositio prior sit: quoniam ab vniuersalibus atq; simplicibus incipit. Iō prius docet componere definitionem. Est autem (vt inqt. Philopo.) Methodus hæc cōmunis omnibus speciebus: & vniuersalibus definibilibus indiuiduis exceptis, quorū neq; definitio, neq; scientia est, & quia definitio est cōpositio ex genere & differentia. Venaturus definitionē alicuius rei, docet sumere vniuersaliora illius rei & excedentia illam rem: non tamen quæ excedunt illius rei: genus, nam quæ non excedunt genus rei definibilis: cum componuntur cum differentijs: non excedere debent rem definitam: sed cum illa conuerti: cum horum compnsitio sit definitio illius. nam compositio talis non est genus rei: cū

Duplex modus inueniendi definitionē cōpō.s.& diuisio.

K hæc cum genere conuertatur, genus non. Quare primo q̄ excedentia definibilem rem sint extra genus, & quæ non extra genus: exponit: & assignat hanc diuisionem, eorum quæ insunt rei definibili: quædam excellunt rem ipsam: non tamen transcendunt genus illius: vt impar inest trinitati: & quidem in plus, non tamen excellit numerum genus trinitatis: quæ insunt definito, & excedunt illius genus, vt ens: inquit. Eorum igitur: quæ insunt semper vnicuiq;: intellige vniuersaliter & temporis, & subiecti vniuersalitate: quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus illius: & exponit quæ dixit, & inquit. Dico autem in plus inesse: quæcunq; insunt quidem vnicuiq; vniuersaliter.s.& quo ad subiectum & quo ad tempus. At vero & alteri hoc est extra genus, vt est aliquid, quod omni trinitati inest, sed etiam non trinitati .i. & etiam extra

L genus trinitatis alicui: vt ens inest trinitati: & extra etiam alicui non sub numero cōtento: & ita extra genus. Impar vero & inest omni trinitati: & in plus inest, non tamē extra genus numeri. Etenim ipsi quinario inest, sed non extra genus. Quinarius enim numerus est, non autem extra numerum impar est. ¶Ex his patet hæc diuisio, eorū quę alicui insunt vniuersaliter & semper, quædam insunt in æquo, quædam in plus: & eorum quæ insunt in plus: quędam insunt in plus extra genus prædicamenti rei quædā vero nō extra genus p̄dicamēti rei, hæc Aris. intelligit.

Diuisio Aris.

¶Talia igitur eousque sumenda sunt, quousq; tot fuerint sumpta primo, ut unumquodq; quidem illorum pluribus competat, cuncta autem simul non ad plura sese extendant. Hanc.n.necesse est substantiam esse rei diffiniende. Velut omni trinitati competit numerus impar primum utroq; modo, & quia non mensura-

M tur numero: & quia non ex numeris constat. Id igitur iam ipsa trinitas est, numerus inquam impar primus: atq; hoc pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam uniuersis imparibus insunt, ultimum dualitati etiam competit, At uniuersa simul nulli præter trinitatem numero competunt.

¶Huiusmodi igitur accipienda sunt usq; ad hoc: quousq; tot accipiantur primum, quorum unumquodq; quidem in plus sit, omnia autem non in plus. Hanc.n.necesse est substantiam rei esse, ut trinitati inest omni, numerus impar primus utroq; modo, & sicut non mensurari numero: & sicut non componi ex numeris. Hoc igitur iam est trinitas, numerus impar primus: & sic primus. Horum.n.unumquodq; illa quidem & imparibus omnibus insunt. Vltimum autem & dualitati. Omnia autem nulli.

Cō. 101. ¶Cum posuit prædicatorum diuisionem: nunc ex tali diuisione docet Methodum: qua definitio habeatur: & primo Methodum: qua spetialissimarum definitiones colliguntur. Et consistit in hoc vt talium prædicatorum non excedentium genus rei definiendę tot: & eousq; assumantur quot & quousq; coniuncta rem definitam non excedant, & si seorsum singula in plus se habeant hoc pacto Themistius & Philoponus Methodum intelligunt. inqt. ¶Huiusmodi igitur accipienda sunt vsq; ad hoc quousq; tot accipiantur primum hoc est in æquo: quorum sup. & si vnumquodque quidem in plus sit omnia autem simul iuncta non in plus sint. Dixit huiusmodi accipiant. s. quæ non excedant genus rei: cuius definitionem quærimus. Et huius methodi quasi rationem affert, & inquit. Hanc.n.necesse est substantiam rei: esse.q.d. Quoniam ea accipere debet artifex, quæ indicant substantiam rei, vt superius patuit. Modo tale coniunctum ex talibus prędicatis substantiam rei inducat: ergo est definitio rei. Exem- O

plū affert. ¶Vbi debes scire (vt Philoponus per pulchre exponit) q̄ numerorum alij sunt primi, qui & incompositi ab arithmeticis dicuntur, & hi sunt: qui nec mensurantur ab alio quodam numero: neque constant ex numeris vt. iij. v. vij. & cæteri id genus. Alij vero secundi & compositi dicuntur: qui non ab vnitate sola mensurantur: sed etiam ab alio numero, & constant ex numeris: vt. ix. Mēsuratur.n.& ab vnitate & a ternario. Ter.n. tria nouem sunt. Etiam constant ex numeris: quia ex tribus ternarijs. Similiter &.xv.&.xxi. nam.xv.& a ternario: & a quinario. Ter.n.quinq; sunt.xv. etiam.xxi. a ternario: & a septenario, quia ter septem sunt.xxi. Inquit. Vt omni trinitati inest totum hoc numerus, impar primus vtroque modo. Primus dicitur dupliciter: vel quia non mensuratur

Notandū Numeri alij sunt primi, alij secundi.

numero: vel quia non componitur ex numeris. Trinitati P ergo inest numerus: ē enim trinitas numerus. Inest impar: quia est impar, inest primus vtroque modo, quia est numerus primus, & sicut nō mensurari numero, & sicut nō componi ex numeris: vtroque horum modorum trinitas est primus, tunc recolligit definitionem trinitatis: & ostendit Methodum per tale exemplum, & inquit. Hoc itaque iam trinitas est: videlicet numerus: impar primus, & sic primus (vt dictum est vtroque modo) quia nō mēsuratur numero, & quia non constat numeris. Dico numeris compluribus. Constat.n.numero: quia binario & vnitate. non tamen pluribus numeris. Vt animaduertit Philoponus. Complet Methodum & inquit. Horum.n.triū, verbum vnumquodque superfluit ad sensum: illa prima duo imparibus omnibus insunt, videlicet numerus, & impar. Vltimum autem.s.primus illa duplici primitate: com- Q petit trinario: & dualitati. Dualitas enim est primus numerus: quia neque constat numeris, neq; mensuratur numero. Omnia autem simul nulli competunt præter q̄ trinitati. Et sic patet exemplum & regula.

¶Cum autem necessaria quidem sint ea quæ hoc ipso quid est prædicantur, ut antea patefecimus, uniuersalia nāq; necessaria sunt, trinitati uero uel cuius alii sic competunt ea quæ sumuntur, hoc modo necessario quidem trinitas ea quæ diximus erit.

¶Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus. q. necessaria quidem sunt in ipso quid est prædicantia. Vniuersalia autē necessaria sunt. Trinitati autem: & cuilibet alteri sic accipiuntur in ipso qd ē accepta. Sic qdē utiq; ex necessitate erit trinitas hæc.

¶Duo de definitione propria constituta sunt, & q̄ insit rei definitæ: & q̄ insit illi solum: & alteri nulli. Probat ergo primum de definitione cōstitutum, v; q̄ definitio in- Cō. 102.

sit rei

A Sylls tex. sit rei definitę & hoc in exemplo: quod de trinitate attulit: & syllogizat hoc pacto. Necessaria prædicantur in q͂d & insunt ei, cuius sunt necessaria. Vniuersalia autem omnia: quæ ponuntur in definitione trinitatis: sunt necessaria ergo insunt trinitati & prædicantur in quid de illa. Et sic per tale exemplum vult habere vniuersaliter definitionē

T.10.et.11 inesse definitæ rei: inquit. ℣ Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus. s. primo libro ꝙ necessaria quidē insunt rei, cuius sunt: & prædicantur de illa in eo quod quid est: & intellige de his necessarijs, quæ per se primo insunt rei: hæc est maior. Vniuersalia autem necessaria sunt: exponit in exemplo: quæ vniuersalia: & inquit Trinitati autem & cuilibet alteri definibili sic accipiuntur in ipso quid est accepta, scilicet vniuersalia necessaria. & sic habes minorem videlicet ꝙ ea vniuersalia quæ accipiuntur

B in eo quod quid est trinitatis: & non solum trinitatis: sed definibilis cuiuslibet: sunt necessaria scilicet per se primo prædicata: dat conclusionem: & inquit. Sic quidem vtique ex necessitate erit trinitas hæc simul iuncta: & sic patet primum constitutum de definitione, videlicet ꝙ insit

Philopo. definito. Philop. vero syllogizat ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Ideo eius expositio non placet.

℣ Substantiam autem hæc eius esse rationemue ex hisce patere potest. Nam si id quod assignauimus non sit ipsius ratio trinitatis, necesse est ipsum quasi genus quodam ipsius esse, aut nomine uocitatum, aut nomine carens. Igitur non trinitati modo sed præter ipsam alijs etiam competet. Genus enim huiuscemodi ponatur esse naturæ, ut insit potentia pluribus, atq; ad plura sese extendat. Quod si istud præter indiuiduas alij nulli competit rei, id erit profecto ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur id cuiusq; substantiam esse, quod ultimum de indiuiduis tali dici-

C *tur modo. Quare similiter & in quibusuis alijs id erit cuiusq; ratio, quod hoc ostenditur modo.*

℣ Quod autem substantia sit, ex his manifestum est, necesse est enim si hoc non sit trinitatis esse: ut genus aliquod esse hoc: aut nominatum, aut inominatum. Erit igitur in plus quā trinitati inexistens. Supponatur. n. huiusmodi esse genus, ut quod insit secun-

Utoxe uso Supponaẽ Cōcedaẽ. *dum potentiam in plus. Si igitur nulli inest alteri quā atomis trinitatibus, hoc utiq; erit trinitatis esse. Supponatur enim & hoc substantia uniuscuiusq; esse, quæ in atomis ultimum huiusmodi prædicatum est. Quare similiter & alteri cuilibet sic demonstratorum hoc huic esse erit.*

Cō. 103. ℣ Quod definito insit definitio (quod est primum de definitione constitutum). Hactenus declarauit: quod vero

D insit soli definito: & nulli alteri (quod erat secundum de definitione constitutum). Nunc declarat, & quidem in exemplo definitionis, quæ de ipsa trinitate assignata est: & inquit. ℣ Quod autem definitio trinitatis sit substantia trinitatis: ex his, quæ dicemus, manifestum est, & per substantiam: intelligit esse. Esse vero rei est, quod rei conuenit: & nulli alteri, quare per substantiam: intelligit esse q͂d soli rei conuenit, & nulli alteri: hæc est intentio. Deinde proposita intentione: in exemplo definitionis de trinitate: probat definitionem trinitatis soli trinitati competere, & nulli alteri, quia si definitio trinitatis non sit soli trinitati competens: sed alteri specie trinitatis: talis definitio vt genus aliquod erit: vno videlicet nomine: vel non vno nomine nominatum. consequentiam probat ex eo: quia definitio generis (vt nunc supponitur) est prædicatum di

1. top. c. 4 cens esse: quod potest pluribus inesse. Hæc. n. definitio nunc supponatur ex libro topicorum. consequens vero E

falsum est. nam tunc definitio trinitatis est in plus, cuius contrarium accipiebatur definitionem esse in æquo: cum suo definito, inquit: Necesse est enim si hoc totum: quod est definitio trinitatis: non sit trinitatis esse. s. illi soli: & nulli alteri competens: hoc esse (vt aliquod genus trinitatis). Dico aliquod genus aut nominatum. s. vno nomine: aut inominatum. s. non vno nomine: est ergo consequentia. Si totum illud (numerus impar vtroq; modo primus: nō est esse proprium trinitatis: totum hoc erit) vt quoddam trinitatis genus: licet pluribus nominibus sit nominatum. Vltra infert: erit igitur in plus q̃ trinitati inexistens: quod est falsum: & contra ea, quæ proximo textu diximus. Diximus. n. definitionem totā esse in æquo: & qualibet eius partem esse in plus. Et consequentias probat ex supposi- F

tione definitionis generis: & inquit. Supponatur. n. huiusmodi esse genus: videlicet vt sit illud quod secundum potentiam insit in plus. i. quod est illud: quod potest de pluribus prædicari: vel pluribus inesse: & ita patet consequē

tia. ℣ Et si dicas cur non potest esse accidens vel differen- Dubō.

tia non vltima. quodlibet. n. horum speciei competit, & alteri: & tamen nullum horum est genus. ℣ Dicendum accidens esse non posse: quia non dicit esse: differentia vero Solutio.

inter media genus est: vel in generis rationem redigit: q̃re si definitio trinitatis competit alteri a trinitate secundum esse, & essentialiter, erit genus: cum accidens esse non possit: cum non competat essentialiter: & si est differentia intermedia, redigit in generis rationem. His declaratis, recolligit nūc quod proposuerat: & inquit. Si igitur nulli inest alteri q̃ atomis trinitatibus, hoc vtiq; erit trinitatis eē: hoc G


est soli illi competens, & nulli alteri. Et per atomas trinitates: non species specialissimas trinitatis intelligit (vt Philo. inquit). Sed indiuidua trinitatis, quæ sub trinitate vltima sunt. Erit ergo sensus, si totum illud: quod vt definitio de trinitate ipsa assignatur: nulli alteri q̃ indiuiduis trinitatis competit: hoc totum erit trinitatis esse: & ita esse conuertibile, esse. n. rei proprium illi est. Deducit consequentiam ex suppositione, quam sumit: cum inquit. Supponatur n. & hoc vniuscuiusq; substantia esse, quæ est tale vltimū prædicatum in atomis. s. solis indiuiduis speciei trinitatis competens, quare bene diximus. Si hoc totum nulli alteri competit: esse proprium trinitati esse. Ex hoc infert non solum sic esse intelligendum in trinitate: sed in quolibet alio quouis definibili: & inquit. Quare similiter & cuilibet alteri definibili: non solum trinitati. (Dico cuilibet alteri definibili eorum) quæ sic demonstrantur, atq; sic se H

habent (vt trinitas se habet) erit hoc huic esse: scilicet proprium, & nulli alteri competens. Vniuersaliter ergo definitio est esse & proprium suo definito, & ita quæ in exēplo de trinitate diximus: in alijs omnibus intellige.


℣ Oportet autem cum totum aliquod quispiam tractat: genus in ea diuidere quæ sunt prima. Atq; indiuidua specie, ueluti numerum in dualitatem trinitatemue. Deinde illorum eniti diffinitiones accipere, ut rectæ lineæ: & circuli, atq; anguli recti. Post hoc sumpto quid nam sit genus, utrum quantitas, an qualitas, proprios affectus per communes primos contemplari. Nam ea quæ ijs accidunt quæ componuntur ex indiuiduis, ex diffinitionibus innotescent, propterea q; diffinitio simplex quæ principium est omnium. Et ea quæ simplicibus accidunt. per se quidem ipsis solis: per ipsa uero cæteris competunt.

℣ Oportet autem cum totum aliquod negocietur aliquis, diuidere Tex. 81.

I *genus in atoma specie prima. Postea sic illorum definitiones ten tare accipere, ut rectæ lineæ, & circuli, & recti anguli. Post hæc autem accipientem, quod genus sit: ut utrum quantitatum, aut qua litatum, proprias paßiones speculando de communibus primis. Compositis.n.ex atomis conuenientia: ex definitionibus erunt manifesta, propterea q; principium est omnium definitio, & qđ simplex. Et simplicibus p se inesse cōueniētia solis, alijs aūt p illa.*



K



Cō,104. Continuat. ¶ Hactenus de Methodo inueniendi definitiones specierum spālissimarū: nūc vero Methodū assignat, qua inuenire poterimus generum definitiones. Cuius rei cā est: qm̄ definitio nō tm̄ specierū est: sed generū, ergo oportet assignare artē cuiq; ꝓpriā. Sed quæ gn̄a sint, quorū definitiones quærimus: Auer. asserit illa esse subalterna. Hæc.n. definitionem habent, vt Them.& Philop. dixerunt. Constat aūt Methodus hæc tribus præceptis. Primū est: (vt genus definiendū in primas & p se spēs diuidas) verbi cā: lineā: cuius quærimus definitionē: in rectā circularē: & flexuosam. Hæc.n.est diuisio lineæ in primis eius species. Se

Causa cōtinuatiōis. Auerr.

L cundū est (vt spēs illas definias p Methodū assignatā) & colligas cōia vnū vel plura, in qbus oēs spērum definitiones cōueniunt. Tertiū est (vt his factis) & memoria seruatis, reponas genus cuius definitionē quæris in suo proprio gn̄e, speculādo ꝓprias passiones primorū generū. Horū p̄ceptorū exempla: & vsus, & vtilitas patebit ex pōne verborū Aris. inqt. ¶ Oportet autē cū totum aliqđ negocieť quispiā, tale genus totū in prima atoma spē diuidere, hoc est in spēs primas spālissimas illius gn̄is: & p totū: genus intelligit. Est.n.genus totū spērū, & spēs partea gn̄is: vt Auer. inqt primo ausculationū physicarū: Est ergo p̄ceptū, vt genus definiendum diuidatur in suas primas spēs, verbi causa: vt numerū in trinitatē: & dualitatē. ¶ Inquit Philop. verbū illud prima supfluū esse, qa satis est dicere in atomas spēs. Atomæ.n.spēs primæ sunt & indiuiduæ. ¶ Sed pace Philoponi dixerim, nō supfluit verbū illud. nā animal pōt diuidi p aliquas atomas spēs vt per albū & nigrū, hæc.n.atoma sunt spēs, non tn̄ sunt primæ animalis spēs: sed primæ coloris. quare nō ab rōne primas & atomas apposuit. Seruit aūt hoc p̄ceptū secūdo: qđ statim subdit. Non.n.possunt colligi cōia definitionū spērū gn̄is, cuius definitionē quærimus: nisi ipsum genus in spēs illas diuiseris. Deinde affert exemplū, inqt. Vt numerū in trinitatē, & dualitatē, hæc de primo præcepto. Affert & secundū, cū inqt. Postea oportet tentare p propriā Methodū superius assignatā: definitiones illorū primorū spē accipere, vt definitionē rectę lineę, & circuli: idest lineæ circularis, & recti anguli.s.fluxuosę lineę. Verbi cā, recta est longitudo: cuius extrema sunt duo pū

Quæ Phi.

Cōfutatio M

Definitiones spērū lineæ.

N cta: in qbus mediū nō discrepat. Circularis vero est, lōgitudo: cuius extrema sunt duo pūcta, ad vnū reducta. Flexuosa deniq; est longitudo: cuius extrema sunt duo puncta, in qbus mediū discrepat. In his definitionibus cōe est, longitudo: cuius extrema sunt duo puncta: cætera vero propria. Est ergo secundū p̄ceptū vt facta diuisione generis: definiātur illius gn̄is spēs, & hoc inqt. Postea sic illorū definitiones oportet tētare accipere, vt definitionē rectæ, & definitionē circularis: & definitionē flexuosę. Verū p̄ceptū est incōpletū, nisi suppleas: qbus definitionibus assignatis colliganť cōia, in qbus spēs & definitiones earum cōueniūt: & seruenť talia cōia: siue vnū sit: siue plura. nā tale cōe erit in definitione gn̄is: cuius definitionē q̄rimus, dr̄ia, vel loco dr̄iæ cōstitutū: & hæc est scdi p̄cepti vtilitas. Nā tale cōe: qđ ex spērū definitionibus reponiť: dr̄ia

O vel loco dr̄iæ est in definitione gn̄is definiēdi, hæc de secūdo p̄cepto. Deinde assignat tertiū & inqt. Post hæc aūt accipere oportet qđ genus est ad genus: cuius definitionē quęrimus: vtrū sit quātitatū, an q̄litatū: & dat modū quo poterimus tale genus quærere: & inquit. Proprias passiones speculando de cōibus primis gn̄ibus, quæ p̄dicamēta dicuntur, Poterimus ergo genus lineę q̄rere speculādo ꝓprias passiones primorū generū q̄ gn̄alissima dicunť, vt subæ: propriū, vt accn̄tibus nō subijci, quātitati ꝓpriū, vt secundū ipsam æq̄le vel inæq̄le dicať. qualitati secūdū ipsam sile vel dissimile. nā sic p passiones generū primorū discurrēdo poterimus scire, an linea sit gn̄is quātitatis: qa si ipsi cōpetit esse id: secundū qđ æq̄le vel inęq̄le aliqd diciť, erit genus lineæ quātitatis. Si verō lineæ cōpetit id qđ est propriū qualitati erit genus lineæ qualitas. Ex his

P patet vtilitas p̄ceptorū. Ex scdo.n. colligimus id, qđ ē differētia: vel loco dr̄iæ in definitione lineæ. Primū seruit secūdo: nō.n. poterimus ex definitionibus spērū cōe colligere: qđ differētia est gn̄is definiēdi, nisi genus in illas prius diuidať Ex tertio vero præcepto colligimus genus, eius generis subalterni: cuius definitionē quærimus. Quare tota definitio resultat quæ est quātitas lōga cuius extrema sunt duo puncta: dr̄ia quidē ex primis duobus p̄ceptis genus vero ex tertio. Et qa quis posset quærere: cur generū definitiones ex eis cōibus habentur, quæ ex specierum definitionibus colliguntur. Specierū vero definitiones nō ex cōibus collectis aliunde. Ideo respōdēdo huius dr̄iæ cām assignat. q d. quia cōpositis ex aliqbus Atomis atq; simplicibus aliquibus ex definitionibus eorū simpliciū cōia manifesta erūt, ex quibus cōstant, verbi cā: cōia quæ cōpetunt mistis ex elemētis: ex definitionibus elemētorum

Q colliguntť, cōia quæ cōpetunt dictioni: quæ ex syllabis est, ex definitionibus syllabarū colliguntur & sic de alijs, quare cū gn̄a cōposita sint ex Atomis spēbus: est.n. genus cōpositū ex Atomis spēbus (vt inquit Philoponus) inquantum genus toti assimilatur: species vero partibus, & totū ex partibus cōstat: & ita genus ex spēbus: fit vt cōmunia generi ex definitionibus spērum eius colligantur. Tū quia (vt Aris. inqt) definitio principiū omniū eorū, q̄ sunt post ipsam. Tū quia est quid simplex respectu definitionis gn̄is: veluti spēs ipsa respectu gn̄is: patet ergo cōia gn̄is ex qbus cōstat gn̄is definitio: colligi ex definitiōibus spērū, & tota cā est, qa genus est cōpositū ex spēbus nullā habēs naturā p̄ter spēs, q̄re gn̄is definitio ex definitionibus spērū reponēda erit. Simplicibus vero conueniētia siue cōia p se solis inesse oportet, nō aliūde: cū sint prima

atq;

A atq; simplicia, qbus nihil prius est, vñ cõia pdicata repo nere possint: propterea alijs per illa simplicia reponẽda sunt. Patet igitur cã: cur genus cõia suæ definitionis: quæ loco dřiæ ponũtur, ex specierũ definitionibus reponit, species vero est nullo sua cõia. Nã gña cõposita sunt ex spẽbus. Spẽ: vero primo simplices, & nullis reponentes

1. dubiũ. prioribus. ¶ Sed occurres, qm ita spẽs indiuiduis cõparatur: vt genus spẽbus: ergo (vt genus suas dřias reponit a cõibus specierũ) ita spẽs a cõibus indiuiduorũ. Quare hæc Methodus põt esse spẽrũ, sicut generũ: accedit q Methodus definitionẽ spẽrũ pñt cõuenire definitionibus gñis. Cur. n. generũ definitiones inuenire nõ possumus p Methodũ, quã assignauimus definitiõibus specierũ. ¶ Innuit

Solutio. Them. solutionẽ: qa gñi nulla rñdet natura ppria alia a naturis spẽrũ, pp quod qcquid gñi cõpetit ex naturis spẽ

B rũ reponit. At spẽi certa natura rñdet: & qdẽ alia a naturis sine rebus indiuiduorũ: rõne cuius cõpetere pñt quædã: quæ nõ ex indiuiduis reponũtur. ¶ Quũ vero quærebat an Methodus definitionibus specierũ cõueniẽs possit cõuenire definitionibus generũ. ¶ Arbitror q sic, possumus. n. cũ genus subalternũ quærimus qd sit: accipere ea pdicata in qd, quæ nõ trãscendũt genus eius: totq; eorũ accipere, & eo vsq;, quousq; totũ sit in æquo, & qdlibet sit in plus: qre prima Methodus põt omnibus definibilibus cõuenire. Hæc vero gñibus solũ: quã Aris. ad plenio

Secũda dubitatio. Solutio. rẽ doctrinã addit. ¶ Secũdo occurres: quæ cõia ex definitionibus spẽrũ reponẽda sunt. Sunt. n. quædã q omnibus spẽbus cõpetunt, & alijs. ¶ Innuit Them. solutionẽ: ea cõia ex definitionibus spẽrũ esse reponẽda, quæ nõ vltra genus definiendũ trãscẽdunt: quæq; omnibus spẽbus cõpe

C tant illius & nullis alijs, nã hæc cõia in definitione gñis

3. dubiũ. Solutio. dřiæ loco ponent. ¶ Tertio quæres. Cur definitio spẽi est principiũ definitionis gñis. ¶ Et dicendũ q quemadmodũ spẽs generis principiũ est: dico principiũ: quo genus existit. Sic definitio speciei principiũ est definitionis gñis: Præterea quoniã simplex (vt Speusippus inqt) Vult hře rõnẽ principij. At cũ definitio spẽi simplex quoddã sit: definitio generis quasi illã cõtinens, cõpositũ quoddã, iõ

4. dubiũ. definitio spẽi principiũ esse põt definitionis gñis. ¶ Quæres deniq; cũ sint aliquæ spẽs, quæ nihil cõe habent. Vt spẽs magnanimitatis: qũo definitio generis earũ vestigabi

Respõdet Themi. tur. ¶ Rñdet Them. tales spẽs nõ habere genus vnũ cõe, nisi æquiuocum, & sic nõ oportet illius definitionẽ quærere. ¶ Hæc sunt: quæ intellexi de hoc textu: nec sine labo

D re, est. n. (vt vides) textus obscurus: & hoc omnes fatentur, pauci vero elaborarunt in eius expositione.

¶ At qui diuisiones quæ per differẽtias proficiscuntur, utiles sunt ad diffinitiones hoc pacto inuestigandas. Ipsas tamen non ostendere dictum est antea. Vtiles autem erunt hoc pacto solum ad ratiocinandum ipsum quid est. Atq; uidebitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed uniuersa statim accipere: perinde atq; si eadem ab initio sine diuisione quispiam sumeret.

Tex. 19. *¶ Sed diuisiones quæ sunt secundum differentias: utiles sunt ad*

Demõstrare Verbũ interpiis est. *sic procedendum, quomodo tamen demonstrant, dictum est prius, Vtiles autem utiq; erunt ad sic syllogizandum quod quid est, & tamen uidebitur utiq; demonstrare, sed mox accipere omnia tanquam si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.*

Cõ. 105. Cõtinuatio ¶ Cum assignauit Methodus: quibus definitiones colligere poterimus. Nunc (vt Philoponus inquit) ostendit vtilitatem diuisiuæ Methodi: & secundũ Philoponũ prima vtilitas est ex eo: q per diuisionem: quę est secũdum differentias generis cuius speciem quærimus definire, colligimus ea, quæ in eo q quid est prædicantur. ¶ Quæ expo-

E

Expõ ph. Refutatio Propria expositio. sitio non mihi placet: hæc enim vtilitas proximo textu patuit. ¶ Ideo videtur mihi q Arist. declarauit diuisiuam Methodum vtilem esse ad sumendum vniuersalia, & per se prædicata in plus: ex quibus congregatis propria cõpositi essentia declaratur. Cum ergo Aristo. hoc declarauit: nunc ostendit talem diuisionem Methodum non simpliciter syllogizare ipsum quid est: sed sic, hoc est aliquo modo saltem cum petitione principij (vt superius dictũ est) & facit hoc Arist. ne quis credat eum approbare hic: quod superius improbauit: inquit. ¶ Sed diuisiones: quæ sunt secundum differentias generis: vtiles sunt, non quidẽ ad simpliciter syllogizandum quod quid est, sed ad sic procedendum, hoc est ad syllogizandum cum petitione principij. Et de hoc se remittit ad ea, quæ dixit. Ideo in-

F quit: quomodo tamen demonstrant, dictum est prius. & quia dixit esse vtiles ad sic procedendum: exponit quid ipse intelligat per sic procedere: & inquit quasi dicat dico ad sic procedendum: hoc est ad sic syllogizandum: & tamen videbitur diuidens vtiq; demonstrare sup. non tamẽ supple demonstrat. Sed mox vř accipere omnia: ac si

Sup. c. 17. ex principio quis accipiat sine diuisione ea, quę in diuisione accipit, accipit enim in diuisione quæ sine diuisione videntur accipi, quatenus accipiuntur cũ petitione eius rei: quæ in principio quæritur. Ergo diuisiua Methodus licet sit vtilis, tñ non simplř syllogizat qd qd est: sed sic: hoc est cũ petitione eius rei: quæ quæritur in principio.

¶ Refert autem ea quæ prædicantur primum & posterius prædicari ueluti si animal mite bipes, animal bipes mite dicatur. Etenim si ex duobus omnis definitio constet: & unum quid sit ipsum

G *animal mansuetum, atq; rursus ex hoc & differentia fiat unum: homo inquam, uel quicquid tandem id sit quod unum efficitur necesse est diuidentem petere semper.*


¶ Differt autem aliquid primum & posterius prædicamentorũ prædicari, ut est dicere animal mansuetum bipes, uel bipes animal mansuetum Si enim omne ex duobus est: & unum quid sit animal mansuetum: iterum ex hoc & differẽtia homo, aut quicquid iam sit: quod aliquando unum fiat, necesse est diuidentem petere.

Com. 106 ¶ Hic (vt mihi vř) diuisiuæ Methodi vtilitatẽ tangit sed quæ sit hæc vtilitas non facile est discernere. ¶ Quidã di


Vtilitas diuisiuæ methodi secũ dũ aliquos Philopo. xerunt diuisiuã Methodum esse vtilẽ ad colligẽdũ ea, q vt quid est pdicantur in vna definitione: & sic (vt dicunt) vtilis est ad ostendendum vnitatẽ definitionis, non enim potest definitio colligi in vnum, nisi ex diuisione primo præcedat multitudo. ¶ Philoponus vult Aristote.

H ostendere quomodo diuisiua Methodus vtilis est ad ordinem eorum, quæ in definitione assumuntur. ¶ Vbi debes scire q ordo eorum quę in definitione ponuntur: esse potest, aut respectu generis: & differentiæ, aut respectu differentiarum, Aristo. ergo ostendit ordinem respectu generis & differentiæ hic, & si hoc pacto intelligit, bene dicit inquit. ¶ Differt autem aliquid primum hoc est primo loco: & posterius hoc est posteriori loco prędicari, eorum prædicamentorum: quæ in definitione prædicantur. Cuius exemplum ponit, & inquit. Vt est dicere animal mansuetum bipes, vel bipes animal mansuetũ. Hoc accepto: pbat diuidẽtem aliquid accipe primo loco: & aliquid posteriori loco: & accepit tria: q reqrunt ad definitionis rõnẽ: & inquit. Si. n. omne. i. qdlibet compositũ est ex duobus ad minus: vel ex pluribus reducibili-

I *genus in atoma specie prima. Postea sic illorum definitiones ten tare accipere, ut rectæ lineæ, & circuli, & recti anguli. Post hæc autem accipientem, quod genus sit: ut utrum quantitatum, aut qua litatum, proprias paßiones speculando de communibus primis. Compositis.n.ex atomis conuenientia: ex definitionibus erunt manifesta, propterea q́ principium est omnium definitio, & q́d simplex.* Et *simplicibus p̄ se inesse cōuenientia solis, alijs aūt p̄ illa.*



K



Cō,104. Continuu. ¶ Hactenus de Methodo inueniendi definitiones specierum spālissimarū: nūc vero Methodū assignat, qua inuenire poterimus generum definitiones. Cuius rei cā est: qm̄ definitio nō tm̄ specierū est: sed generū. ergo oportet assignare artē cuiq; ꝓpriā. Sed quæ gn̄a sint, quorū definitiones quærimus: Auer. asserit illa esse subalterna. Hæc.n. definitionem habent, vt Them. & Philop. dixerunt. Constat aūt Methodus hæc tribus præceptis. Primū est: (vt genus definiendū in primas & p̄ se spēs diuidas) verbi cā: lineā: cuius quærimus definitionē: in rectā circularē: & flexuosam. Hæc.n. est diuisio lineæ in primis eius species. Secundū est (vt spēs illas definias p̄ Methodū assignatā) & colligas cōia vnū vel plura, in q̄bus oēs spērum definitiones coueniunt. Tertiū est (vt his factis) & memoria seruatis, reponas genus cuius definitionē quæris in suo proprio gn̄e, speculādo ꝓprias passiones primorū generū. Horū p̄ceptorū exempla: & vsus, & vtilitas patebit ex expōne verborū Aris. inqt. ¶ Oportet autē cū totum aliq̄d negociet̄ quispiā, tale genus totū in prima atoma spē diuidere, hoc est in spēs primas spālissimas illius gn̄is: & p̄ totū: genus intelligit. Est.n. genus totū spērū, & spēs partea gn̄is: vt Auer. inqt primo auscultationū physicarū: Est ergo p̄ceptū, vt genus definiendum diuidatur in suas primas spēs, verbi causa: vt numerū in trinitatē: & dualitatē. ¶ Inquit Philop. verbū illud prima supfluū esse, qa satis est dicere in atomas spēs. Atomæ.n. spēs primæ sunt & indiuiduæ. ¶ Sed pace Philoponi dixerim, nō supfluit verbū illud. nā animal pōt diuidi p̄ aliquas atomas spēs vt per albū & nigrū, hæc.n. atoma sunt spēs, non tn̄ sunt primæ animalis spēs: sed primæ coloris. quare nō ab rōne primas & atomas apposuit. Seruit aūt hoc p̄ceptū secūdo: q̄d statim subdit. Non.n. possunt colligi cōia definitionū spērū gn̄is, cuius definitionē quærimus: nisi ipsum genus in spēs illas diuiseris. Deinde affert exemplū, inqt. Vt numerū in trinitatē, & dualitatē, hæc de primo præcepto. Affert & secundū, cū inqt. Postea oportet tentare p̄ propriā Methodū superius assignatā: definitiones illorū primorū spē accipere, vt definitionē rectę lineę, & circuli: idest lineæ circularis, & recti anguli. s. fluxuosę lineę. Verbi cā, recta est longitudo: cuius extrema sunt duo pūcta: in q̄bus mediū nō discrepat. Circularis vero est, lōgitudo: cuius extrema sunt duo pūcta, ad vnū reducta. Flexuosa deniq; est longitudo: cuius extrema sunt duo puncta, in q̄bus mediū discrepat. In his definitionibus cōe est, longitudo: cuius extrema sunt duo puncta: cætera vero propria. Est ergo secundū p̄ceptū vt facta diuisione generis: definiātur illius gn̄is spēs, & hoc inqt. Postea sic illorū definitiones oportet tētare accipere, vt definitionē rectæ, & definitionē circularis: & definitionē flexuosę. Verū p̄ceptū est incōpletū, nisi suppleas: q̄bus definitionibus assignatis colligant̄ cōia, in q̄bus spēs & definitiones earum coueniūt: & seruent̄ talia cōia: siue vnū sit: siue plura. nā tale cōe erit in definitione gn̄is: cuius definitionē q̄rimus, dr̄ia, vel loco dr̄iæ cōstitutū: & hæc est scdi p̄cepti vtilitas. Nā tale cōe: q̄d ex spērū definitionibus reponit̄: dr̄ia vel loco dr̄iæ est in definitione gn̄is definiēdi, hæc de secūdo p̄cepto. Deinde assignat tertiū & inqt. Post hæc aūt accipere oportet q̄d genus est ad genus: cuius definitionē quærimus: vtrū sit quātitatū, an q̄litatū: & dat modū quo poterimus tale genus quærere: & inquit. Proprias passiones speculando de cōibus primis gn̄ibus, quæ p̄dicamēta dicuntur, Poterimus ergo genus lineę q̄rere speculādo ꝓprias passiones primorū generū q̄ gn̄alissima dicunt̄, vt subāe: propriū, vt accn̄tibus nō subijci, quātitati ꝓpriū, vt secundū ipsam æq̄le vel inæq̄le dicat̄. qualitati secūdū ipsam sil̄e vel dissimile. nā sic p̄ passiones generū primorū discurrēdo poterimus scire, an linea sit gn̄is quātitatis: qa si ipsi cōpetit esse id: secundū q̄d æq̄le vel inęq̄le aliq̄d dicit̄, erit genus lineæ quātitatis. Si verō lineæ cōpetit id q̄d est propriū qualitati erit genus lineæ qualitas. Ex his patet vtilitas p̄ceptorū. Ex scdo.n. colligimus id, q̄d ē differētia: vel loco dr̄iæ in definitione lineæ. Primū seruit secūdo: nō.n. poterimus ex definitionibus spērū cōe colligere: q̄d differētia est gn̄is definiēdi, nisi genus in illas prius diuidat̄. Ex tertio vero præcepto colligimus genus, eius generis subalterni: cuius definitionē quærimus. Quare tota definitio resultat quæ est quātitas lōga cuius extrema sunt duo puncta: dr̄ia quidē ex primis duobus p̄ceptis genus vero ex tertio. Et qa quis posset quærere: cur generū definitiones ex eis cōibus habentur, quæ ex specierum definitionibus colliguntur. Specierū vero definitiones nō ex cōibus collectis aliunde. Ideo respōdēdo huius dr̄iæ cām assignat. q d. quia cōpositis ex aliq̄bus Atomis atq; simplicibus aliquibus ex definitionibus eorū simpliciū cōia manifesta erūt, ex quibus cōstant, verbi cā: cōia quæ cōpetunt mistis ex elemētis: ex definitionibus elemētorum colligunt̄, cōia quæ cōpetunt dictioni: quæ ex syllabis est, ex definitionibus syllabarū colliguntur & sic de alijs, quare cū gn̄a cōposita sint ex Atomis spēbus: est.n. genus cōpositū ex Atomis spēbus (vt inquit Philoponus) inquantum genus toti assimilatur: species vero partibus, & totū ex partibus cōstat: & ita genus ex spēbus: fit vt cōmunia generi ex definitionibus spērum eius colligantur. Tū quia (vt Aris. inqt) definitio principiū omniū eorū, q̄ sunt post ipsam. Tū quia est quid simplex respectu definitionis gn̄is: veluti spēs ipsa respectu gn̄is: patet ergo cōia gn̄is ex q̄bus cōstat gn̄is definitio: colligi ex definitionibus spērū, & tota cā est, qa genus est cōpositū ex spēbus nullā habēs naturā p̄ter spēs, q̄re gn̄is definitio ex definitionibus spērū reponēda erit. Simplicibus vero conueniētia siue cōia p̄ se solis inesse oportet, nō aliūde: cū sint prima

Margin notes: N; O; P; Q; L; Causa cōtinuatiōis. Auerr.; Quæ Phi.; Cōfutatio M; Definitiones spērū lineæ.

atq;

A atq; simplicia, quibus nihil prius est, vñ cõia pdicata reponere possint: propterea alijs per illa simplicia reponẽda sunt. Patet igitur cã: cur genus cõia suae definitionis: quae loco dñae ponũtur, ex specierũ definitionibus reponit, species vero est nullo sua cõia. Nã gña cõposita sunt ex spẽbus. Spẽ: vero primo simplices, & nullis reponentes

1. dubõ. prioribus. ☞ Sed occurres, qm ita spẽs indiuiduis cõparatur: vt genus spẽbus: ergo (vt genus suas dñas reponit a cõibus specierũ) ita spẽs a cõibus indiuiduorũ. Quare haec Methodus põt esse spẽrũ, sicut generũ: accedit q Methodus definitionẽ spẽrũ pñt cõuenire definitionibus gñis. Cur. n. generũ definitiones inuenire nõ possumus p Methodũ, quã assignauimus definitiõibus specierũ. ☞ Innuit

Solutio. Them. solutionẽ: qa gñi nulla rñdet natura ppria alia a naturis spẽrũ, pp quod qcquid gñi cõpetit ex naturis spẽ

B rũ reponit. At spẽi certa natura rñdet: & qdẽ alia a naturis sine rebus indiuiduorũ: rõne cuius cõpetere pñt quaedã: quae nõ ex indiuiduis reponũtur. ☞ Quũ vero quaerebat an Methodus definitionibus specierũ cõueniẽs possit cõuenire definitionibus generũ. ☞ Arbitror q sic, possumus. n. cũ genus subalternũ quaerimus qd sit: accipere ea pdicata in qd, quae nõ trãscendũt genus eius: totq; eorũ accipere, & eo vsq;, quousq; totũ sit in aequo, & qdlibet sit in plus: qre prima Methodus põt omnibus definibilibus cõuenire. Haec vero gñibus solũ: quã Aris. ad pleniore doctrinã addit. ☞ Secũdo occurres: quae cõia ex definitionibus spẽrũ reponẽda sunt. Sunt. n. quaedã q omnibus spẽbus cõpetunt, & alijs. ☞ Innuit Them. solutionẽ: ea cõia ex definitionibus spẽrũ esse reponẽda, quae nõ vltra genus definiendũ trãscẽdunt: quaeq; omnibus spẽbus cõpe

Secũda dubitatio. Solutio.

C tant illius & nullis alijs, nã haec cõia in definitione gñis dñae loco ponent. ☞ Tertio quaeres. Cur definitio spẽi est principiũ definitionis gñis. ☞ Et dicendũ q quemadmodũ spẽs generis principiũ est: dico principiũ: quo genus existit. Sic definitio speciei principiũ est definitionis gñis: Praeterea quoniã simplex (vt Speusippus inqt) Vult hr̃e rõnẽ principij. At cũ definitio spẽi simplex quoddã sit: definitio generis quasi illã cõtinens, cõpositũ quoddã, iõ definitio spẽi principiũ esse põt definitionis gñis. ☞ Quae res deniq; cũ sint aliquae spẽs, quae nihil cõe habent. Vt spẽs magnanimitatis: quõ definitio generis earũ vestigabitur. ☞ Rñdet Them. tales spẽs nõ habere genus vnũ cõe, nisi aequiuocum, & sic nõ oportet illius definitionẽ quaerere. ☞ Haec sunt: quae intellexi de hoc textu: nec sine labo

3. dubõ. Solutio.

4. dubõ.

Respõdet Themi.

D re, est. n. (vt vides) textus obscurus: & hoc omnes fatentur, pauci vero elaborarunt in eius expositione.

☞ At qui diuisiones quae per differẽtias proficiscuntur, utiles sunt ad diffinitiones hoc pacto inuestigandas. ipsas tamen ostendere dictum est antea. Vtiles autem erunt hoc pacto solum ad ratiocinandum ipsum quid est. Atq; uidebitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed uniuersa statim accipere: perinde atq; si eadem ab initio sine diuisione quispiam sumeret.

Tex. 19. *☞ Sed diuisiones quae sunt secundum differentias: utiles sunt ad sic procedendum, quomodo tamen demonstrant, dictum est prius, Vtiles autem utiq; erunt ad sic syllogizandum quod quid est, & tamen uidebitur utiq; demonstrare, sed mox accipere omnia tanquam si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.*

Demõstrare verbũ interpius est.

Cõ. 105. Cõtinuatio ☞ Cum assignauit Methodus: quibus definitiones colligere poterimus. Nunc (vt Philoponus inquit) ostendit vtilitatem diuisiuae Methodi: & secundũ Philoponũ prima vtilitas est ex eo: q per diuisionem: quę est secũdum differentias generis cuius speciem quaerimus definire, colligimus ea, quae in eo q quid est praedicantur. ☞ Quae expositio non mihi placet: haec enim vtilitas proximo textu patuit. ☞ Ideo videtur mihi q Arist. declarauit diuisiuam Methodum vtilem esse ad sumendum vniuersalia, & per se praedicata in plus: ex quibus congregatis propria cõpositi essentia declaratur. Cum ergo Aristo. hoc declarauit: nunc ostendit talem diuisionem Methodum non simpliciter syllogizare ipsum quid est: sed sic, hoc est aliquo modo saltem cum petitione principij (vt superius dictũ est) & facit hoc Arist. ne quis credat eum approbare hic: quod superius improbauit: inquit. ☞ Sed diuisiones: quae sunt secundum differentias generis: vtiles sunt, non quidẽ ad simpliciter syllogizandum quod quid est, sed ad sic procedendum, hoc est ad syllogizandum cum petitione principij. Et de hoc se remittit ad ea, quae dixit. Ideo inquit: quomodo tamen demonstrant, dictum est prius. & quia dixit esse vtiles ad sic procedendum: exponit quid ipse intelligat per sic procedere: & inquit quasi dicat dico ad sic procedendum: hoc est ad sic syllogizandum: & tamen videbitur diuidens vtiq; demonstrare sup. non tamẽ supple demonstrat. Sed mox vr̃ accipere omnia: ac si ex principio quis accipiat sine diuisione ea, quę in diuisione accipit, accipit enim in diuisione quae sine diuisione videntur accipi, quatenus accipiuntur cũ petitione eius rei: quae in principio quaeritur. Ergo diuisiua Methodus licet sit vtilis, tñ non simplr̃ syllogizat qd qd est: sed sic: hoc est cũ petitione eius rei: quae quaeritur in principio.

E Expõ ph. Refutatio Propria expositio.

F Sup. c. 17.

☞ Refert autem ea quae praedicantur primum & posterius praedicari ueluti si animal mite bipes, animal bipes mite dicatur. Etenim si ex duobus omnis definitio constet: & unum quid sit ipsum animal mansuetum, atq; rursus ex hoc & differentia fiat unum: homo inquam, uel quicquid tandem id sit quod unum efficitur necesse est diuidentem petere semper.

G

☞ Differt autem aliquid primum & posterius praedicamentorũ praedicari, ut est dicere animal mansuetum bipes, uel bipes animal mansuetum Si enim omne ex duobus est: & unum quid sit animal mansuetum: iterum ex hoc & differẽtia homo, aut quicquid iam sit: quod aliquando unum fiat, necesse est diuidentem petere.

Com. 106 ☞ Hic (vt mihi vr̃) diuisiuae Methodi vtilitatẽ tangit sed quae sit haec vtilitas non facile est discernere. ☞ Quidã dixerunt diuisiuã Methodum esse vtilẽ ad colligẽdũ ea, q̃ vt quid est pdicantur in vna definitione: & sic (vt dicunt) vtilis est ad ostendendum vnitatẽ definitionis, non enim potest definitio colligi in vnum, nisi ex diuisione primo praecedat multitudo. ☞ Philoponus vult Aristote. ostendere quomodo diuisiua Methodus vtilis est ad ordinem eorum, quae in definitione assumuntur. ☞ Vbi debes scire q ordo eorum quę in definitione ponuntur: esse potest, aut respectu generis: & differentiae, aut respectu differentiarum, Aristo. ergo ostendit ordinem respectu generis & differentiae hic, & si hoc pacto intelligit, bene dicit inquit. ☞ Differt autem aliquid primum hoc est primo loco: & posterius hoc est posteriori loco praedicari, eorum praedicamentorum: quae in definitione praedicantur. Cuius exemplum ponit, & inquit. Vt est dicere animal mansuetum bipes, vel bipes animal mansuetũ. Hoc accepto: pbat diuidẽtem aliquid accipe primo loco: & aliquid posteriori loco: & accepit tria: q̃ reqrunt ad definitionis rõnẽ: & inquit. Si. n. omne. i. qdlibet compositũ est ex duobus ad minus: vel ex pluribus reducibili-

Vtilitas diuisiuae methodi secũ dũ aliquos Philopo.

H

